

c54.

(B)

Old Sale No. 207

190



Ms.
257


Columbia University Library
PLIMPTON LIBRARY
The Gift of George A. Plimpton
Microfilm

251



Sir T. P.
Middle Hill
2651
a 71.984

xxv. Quando uel quare luna uel prona [uel] supina uideatur uel erecta.
xxvi. Qua ratione luna cum sit situ inferior, superior sole aliquotiens uideatur.
xxvii. De magnitudine uel defectu solis et lune. xxviii. De effectu lune potentia. xxviiii. De concordia maris et lune. xxx. De equinoctiis et solstitiis. xxxi. De dispari longitudine dierum, et uarietate umbrarum.
xxxii. Causa inequalitatis dierum eorundem. xxxiii. Quibus in locis pares sint umbre uel dies. xxxiiii. De quinque circulis mundi et subterraneo siderum meatu. xxxv. De iiii. temporibus, elementis, uel humoribus. xxxvi. De annis naturalibus. xxxvii. De disparibus antiquorum annis. xxxviii. De ratione bissexti.
xxxviiii. De mensura incrementi bissexti.
xl. Quare vi. kl. martii intercalatur.
xli. Quod et luna quadrantem habeat.
xlii. De saltu lune. xliii. Quare luna aliquotiens maior quam computatur appareat.
xliiii. [D]e circulo decennouenali.
xlv. [D]e embolismis et communibus annis.
xlvi. [D]e ogdoade et endecade.
xlvii. [D]e annis dominice incarnationis.
xlviii. [D]e indictionibus.
xlviiii. [A]rgumentum inueniendi quota sit indictio. L. De epactis lunaribus.

scio.
Li. Quomodo errant quidam in principio mensis primi
Lii. Argumentum quot sint epacte luna
Liii. De epactis solis. fres.
Liiii. De reditu et composito articulari utrarumque epactarum. Lv. Argumentum quot sint epacte lunares [sol] et quando bissexti an
Lvi. De ciclo lunari. finis.
Lvii. Argumentum de eo quota sit luna in kl. ianuarii. Lviii. Item argumentum quot sit annus cicli lunaris uel decennouenalis
Lviiii. De xiiii. luna pasche. fuenalis.
Lx. Argumentum inueniendi eam.
Lxi. De die dominico pasche.
Lxii. De luna ipsius diei.
Lxiii. Quid inter pascha et azima distat.
Lxiiii. Typica pasche interpretatio.
Lxv. De circulo magno pasche.
Lxvi. De sex huius seculi etatibus.
Lxvii. De cursu etatum earundem.
Lxviii. De reliquis sex etatibus.
Lxviiii. De tertia opinione fidelium qui nem-
Lxx. De temporibus antichristi. fat diis.
Lxxi. De die iudicii.
Lxxii. De septima et octaua etate seculi futuri.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT LIBER DE TEMPORIBUS. BEDE PRBRI.

Cap. i. De computo uel loquela digitorum.

VEN. Bedae P. Ratio Temporum. MS. XII S.

Phillipps MS 2651

DE TEMPORUM
RATIONE
domino iuvante dictu
ri. necessarium duxi
mus utillimam primo
promptissimamque; fle
xus digitorum paucis
premonstrare sollertiam. ut cum maximam
computandi dederimus facilitatem. tum
paratiori ingenio legentium. ad investigan
dam dilucidandamque; computando seriem tem
porum veniamus. Neque enim contempnenda
parvipendenda est regula. cuius omnes pe
ne sacre expositores scripture non minus
quam litterarum figuras monstrantur am
plexi. Denique; et multi alii alias. et ip
se divine interpres historie hieronimus
in evangelice tractatu sententie. huius
adminiculum discipline non dubitavit as
sumere. Centesimus inquit et sexage
simus et tricesimus fructus. quamquam de una terra
et de uno semine nascatur. tamen multum
differt in numero. Triginta re
feruntur ad nuptias. Nam et ipsa digi
torum coniunctio quasi molli osculo se com
plectens et foederans. maritum sibi pin
git et coniugem. Lx. ad viduas pertinet.
eo quod in angustia et tribulationibus sint po
site. unde et in superiori digito deprimuntur.

Quantoque; maior est. difficultas expertę quon
dam voluptatis illecebris [illegible] abstinere. tan
to maius et premium. [illegible] centesimus nu
merus. quaeso lector diligens attende [illegible]
sinistra transfertur ad dexteram. [illegible]
eosdem digitis. sed non eadem manu [illegible] qui
bus [illegible] nupte significantur et con
tinentes. exemplo faciens [illegible] virginitatis
coronam [illegible] dicis unum. minimum in
leva digitum inflectens. in medio palme
artu infiges. [illegible] duo. secundum a mi
nimo flexum [illegible]. Cum dicis
tria. tercium similiter [illegible]. Cum dicis. iiii.
itidem minimum levabis. Cum dicis. v. se
cundum a minimo similiter eriges. Cum dicis
vi. tercium nichilominus elevabis. medio dun
taxat solo qui medicus appellatur in medium
palme fixo. Cum dicis. vii. minimum so
lum ceteris interim levatis. super palme ra
dicem pones. Iuxta quem. cum dicis. viii.
medicum. Cum dicis. viiii. impudicum e regio
ne compones. Cum dicis. x. unguem indi
cis in medio figes artu pollicis. Cum dicis
xx. summitatem pollicis inter medios indi
cis et impudici artus immittes. Cum dicis
xxx. ungues indicis et pollicis blando
coniunges amplexu. Cum dicis. xl. in
teriora pollicis lateri vel dorso indicis super
duces. ambobus duntaxat erectis. Cum dicis
l. pollicem exteriori artu instar. l. littere

curuatum. ad palmam inclinabis. Cum dicis. lx. pollicem ut supra curuatum. in dice circumflexo diligenter a fronte precinges. Cum dicis. lxx. indicem ut supra circumflexum. pollice immisso superimplebis. ungue dum taxat illius erecto trans medium indicis artum. Cum dicis. lxxx. indice ut supra circumflexum pollice in longum tenso implebis: ungue uidelicet illius in medium indicis artum inflexo. Cum dicis. xc. indicis inflexi ungulam radici pollicis infiges.

Hactenus in leua. Centum uero in dextra: quomodo x. in leua facies. CC. in dextra: quomodo xx. in leua. CCC. in dextra: quomodo xxx. in leua. Eodem modo cetera. usque ad. dcccc. Item mille in dextra: quomodo unum in leua. II. in dextra: quomodo .ii. in leua. III. in dextra: quomodo iii. in leua. Et cetera usque ad. ix mil. Porro mil x. cum dicis: leuam medio pectori supinam adpones: digitis tantum ad collum erectis. mil XX. cum dicis: eandem pectori expansam late suppones. mil XXX. cum dicis: eadem prona sed erecta. pollicem cartilagini medii pectoris immittes. mil XL. cum dicis: eandem in umbilico erectam supinabis. mil L. cum dicis: eidem prone sed erecte pollicem umbilico impones. mil LX. cum dicis: eadem prona femur leuum desuper conprehendes. mil LXX. cum dicis: eandem supinam femori suppones. mil LXXX. cum dicis: eandem pronam femori suppones. mil XC. cum dicis: eadem lumbos adprehendes. pollice ad inguina uerso. At uero c. mil et .cc. mil et cetera usque ad. dcccc. mil eodem quo diximus ordine in dextra corporis parte complebis. Decies autem centena milia cum dicis: ambas simul manus insertis inuicem digitis implicabis. Est et alterius modi computus articulatim decurrens: qui quoniam specialiter ad pasche rationem pertinet. cum ad hanc ex ordine uentum fuerit. oportunius explicabitur.

Potest autem et de ipso quem prenotaui computo quedam manualis loquela tam ingenii exercendi quam ludi agendi gratia figurari: qua litteris quis singulatim expressis. uerba que eisdem litteris continentur alter qui hanc quoque nouerit industriam tam et si procul posito. legenda atque intelligenda contradat. uel necessaria queque per hec occultius innuendo significans. uel imperitos quosque quasi diuinando deludens. Cuius ordo ludi uel loquele: talis est. Cum primam alfabeti litteram intimare cupis: unum manu teneto. Cum secundam: duo. Cum tertiam: tria. Et sic ex ordine ceteras. Verbi gratia. Si amicum inter insidiatores positum. ut caute se agat ammonere desideras: iii. et i. et xx.

Ven. Bedae Presbiteri
Ratio Temporum.
M.S. XII seculi

7 .xviii. 7 .v. 7 .i. 7 vii. 7 v. digitos ostende. Huius namque ordinis litterae cautae age significat. Potest et ita scribi si causa secretior exigat. Sed et graecorum computo litterisque facilius disci simul atque agi possit. qui non ut latini paucis hisdemque geminatis suos numeros solent exprimere litteris. verum toto alfabeti sui caractere in numerorum figuras expenso. tres qui plus sunt numeros notis singulis depingunt. eundem pene numerum figurandi. quod scribendi alfabeti ordinem sequentes hoc modo.

i.	ii.	iii.	iiii.	v.	vi.			
Α	Β	Γ	Δ	Ε	ς			
vii.	viii.	viiii.	x.	xx.	xxx.	xl.	l.	lx.
Ζ	Η	Θ	Ι	Κ	Λ	Μ	Ν	Ξ
lxx.	lxxx.	xc.	c.	cc.	ccc.	cccc.	d.	
Ο	Π	ϙ	Ρ	C	Τ	Υ	Φ	
dc.	dcc.	dccc.	dcccc.					
Χ	Ψ	ω	ϡ					

Quae ideo mox numerum quemcumque digitis significare didicerit. nulla interstante mora litteras quoque pariter isdem praefigurare sciunt. Verum haec actenus. Nunc ad tempora quantum ipse temporum conditor ordinatorque dominus adiuvare dignabitur. exponenda veniamus.

De trimoda temporum ratione. II.

Tempora igitur a temperando nomen acceperunt. sive quod unumquodque illorum spacium separatum temperatum sit. seu quod momentis. horis. diebus. mensibus. annis. seclisque et aetatibus. omnia mortalis vitae curricula temperantur. De quibus singulis ut dominus dederit expositur. primo lectorem ammonemus trimoda ratione computum temporis esse. discretum. Aut enim natura. aut consuetudine. aut certe auctoritate decurrit. Et ipsa quidem auctoritate bifarie divisa. humana videlicet ut olimpiades. iiii. annorum. nundinas vii. dierum. indictiones. xv. annorum ambitu celebrari. Bissextum quoque qui ex quadrantibus conficitur. mense februario vel augusto intercalari. greci. egiptii. romanique pro suo quique captu iusserunt. Divina autem. ut. vii. die sabbatum agi. vii. anno a rurali ope vacari. quinquagesimum annum iubeleum vocari in lege dominus praecepit. Nam et si barbare gentes ebdomadas habere probantur. a populo tamen dei mutuasse non latet. Consuetudine vero humana firmatum est. ut mensis. xxx. diebus putaretur. cum hoc nec solis nec lunae cursui conveniat. Siquidem lunationem. xii. horas minus salva ratione saltus. solem vero. x. et dimidia plus habere. qui sollertius exquisiere testantur. Porro natura duce repertum est. solis annum ccclxv. diebus et quadrante confici. lunae vero annum si communis sit. cccliiii. si embolismus. ccclxxxiiii. diebus terminari. totumque lunae cursum. decennovenali circulo comprehendi. Sed et erratica sidera. fines quoque spaciis zodiaco circumferri. Quae natura iuxta ethnicorum dementiam. dea creatrix

una de pluribus. sed ab uno uero deo creata est. qui caelo sideribus inditis praecepit ut sint in signa et tempora et dies et annos.

III. De hora. xii. minutissimi temporis spaciis.

Hora pars diei est. siquidem .xii. horae diem complent. domino dicente in euangelio. Nonne .xii. horae sunt diei? Si quis ambulauerit in die non offendit. Ubi quamuis allegorice se diem. discipulos uero suos qui ab eo illustrandi fuerant horas appellauerit. solito tamen humanae computationis ordine. numerum definiuit horarum. Uerum notandum est. quia si omnis anni dies duodenis horis putentur. aestiuos necesse est dies longioribus. brumales uero breuioribus horis includi. Si uero omnes horas equiparare. hoc est equinoctiales habere uolumus. brumali diei nihilominus pauciores. et aestiuo necesse est plures tribuamus. Recipit autem hora .iiii. punctos. .x. minuta. .xv. partes. .xl. momenta. et in quibusdam lunae compotis .v. punctos. Non enim hae diuisiones temporum naturales. sed uidentur esse condicticiae. Nam calculatores necesse erat. uel diem in .xii. uel horam in .iiii. aut .x. aut .xv. aut .xl. aut in alias quaslibet minores minutiores ue distribuere particulas. Adinuenire uocabula quibus id quod uolebant nuncupare. et alterutrum dinoscere possent. Horam uidelicet appellantes. quod certi temporis hora. id est finium sit. sicut et uestimentorum. fluuiorum. maris quoque fines oras uocitare solemus. Punctos uero a paruo puncti transcensu. qui fit in horologio. Minuta autem a minore interuallo uocantes. Partes a partitione circuli zodiaci quem tricenis diebus per menses singulos findunt. Porro momenta. a motu siderum celerrimo nuncupantes. cum aliquid sibi breuissimis in spaciis cedere. atque succedere sentitur. Minimum autem omnium. et quod nulla ratione diuidi queat tempus atomum graece. hoc est indiuisibile siue insecabile nominant. quod ob sui pusillitatem grammaticis potius quam calculatoribus uisibile est. Quibus cum uersum per uerba. uerba per pedes. pedes per sillabas. sillabas per tempora diuidunt. et longis quidem duo tempora. unum breui tribuunt. ultra quod diuidant non habentibus. hunc atomum nuncupari placuit. At tamen mathematici in explorandis hominum genituris. ad athomum usque peruenire contendunt. Qui zodiacum circulum in .xii. signa. signa singula in partes .xxx. partes item singulas in punctos .xii. punctos singulos in momenta .xl. momenta singula in ostenta .lx. distribuunt. ut considerata diligentius positione stellarum. fatum eius qui nascitur. quasi absque errore deprehendant.

Que quia uana. et a nostra fide aliena est. obseruatio. neglecta ea. uideamus potius quod apostolus ad celsitatem resurrectionis intimandam. huiusmodi temporis uocabulo utitur dicens. Omnes quidem resurgemus. sed non omnes inmutabimur. In athomo. in ictu oculi. in nouissima tuba. Nec pretereundum. quod et si calculatores necessario discernant. plurimi scriptores indifferenter breuissimum illud temporis spatium quo palpebra oculi nostri moueri potest. quod in ictu pungentis transcurrit. quod secari et diuidi nequit. nunc momentum. nunc punctum. nunc athomum uocant.

De ratione unciarum. IIII.

Unciarum quoque diuisionem nosse. que non minus temporibus rebusue aliis quam nummis est apta computandis. non ignobilis intentio est. Quibus quia et dispersim passim historie et ipsa sacra scriptura utitur. nomina partium et figuras earum paucis adfigere curauimus. Libra uel as. siue assis. xii. uncię. Deunx. siue iabus. xi. uncię. Decunx uel dextans. x. uncię. Dodrans siue dodras. viiii. uncię. Bes. siue bisse. viii. uncię. Septunx. siue septus. vii. uncię. Semis. vi. uncię. Quincunx siue quintus. v. uncię. Quadrans siue quadras. iiii. uncię. Triens. siue treas. iii. uncię. Sextans siue sestas. ii. uncię. Sexcunx siue sescuncia. i. uncia et semis. Uncia. xxiiii. scripuli. Semuncia. xii. scripuli. Due sescule siue sescle. viii. scripuli. id est. iii. pars uncię. Sicilicus. vi. scripuli. Sescula siue sescle. iiii. scripuli. [illegible] ii. scripuli. id est. vi. siliquę. Hec inquam ponderum uocabula uel caracteres. non modo ad pecuniam mensurandam. uerum ad queuis corpora siue tempora dimetienda conuenit. Unde et ratio uel mos obtinuit. ut in cantione computorum pueri unum et duo sepius asse et dipondio nuncupent. Item tressis. quartus. quintus. sexis. septus. et cetera huiusmodi. quasi. iii. asses. iiii. asses proferant. et in eundem modum sequentia numerorum quam plurima. Siue igitur horam unam. siue diem integrum. siue mensem siue annum. seu certe aliud aliquod maius minusue temporis spatium. in. xii. partire uis. ipsa. xii. pars uncia est. Reliquas. xi. deuncem appellant. Si in. vi. partiris. vi. pars. sextans siue sestas. quinque reliquę. dextans uel destas uocantur. Si in. iiii. quarta pars quadrantis nomen. residue. iii. dodrantis accipiunt. Et huius discipline regula soluitur. quod plerosque turbat imperitos. quam Philippus in

expositione beati iob constitui maris oceani
cotidie bis uenire describens. adiunxe
rit hunc unius equinoctialis hore dodrante
continuisse. tardius sine intermissione. siue
die uenire siue nocte. Porro si per tria
quid diuidere cupis. id est tertiam partem tri
en. duas residuas bissem nuncupabis.
Si per duo. dimidium semis appellatur. Si se
et sexta. Que uerba melius colloquentis
quam scribentis stilo disci pariter et doce
ri queunt. Item de corporalibus. Siue
miliarium. siue stadium. siue iugerum. si
ue perticam. siue etiam cubitum pedemue.
aut palmum partiri opus habes. prefata
ratione facies. Denique et in exodo di
midium cubitum semis appellatur. nar
rante moyse. quod habuerit archa
testamenti duos semis cubitos longitu
dinis. et cubitum ac semissem latitudi
nis. Et in euangelio quarta pars mystice to
tius mundani corporis id est terra quadran
tis nomine censetur. cum mittendo in
penam peccatori dicitur. Non exies inde. do
nec reddas nouissimum quadrantem. id est
donec luas terrena peccata. ut beatus augusti
nus exponit. Hoc enim in quod et peccator au
diuit. Terra es. et in terram ibis. Quar
ta siquidem pars distinctorum membrorum huius mundi
et nouissima. terra inuenitur. ut incipias
a celo. secundum aerem numeres. aquam ter

etiam. quartam terram. Qui etiam in expo
sitione euangelii ubi scriptum est. erat autem
parasceue pascha hora quasi .vi. huius
cemodi disciplinę meminit dicens. Non
enim. iam plena .vi. erat. sed quasi .vi.
id est peracta .v. et aliquid iam de .vi. ce
perat. Numquam autem isti dicerent quin
ta et quadrans. aut quinta et triens. aut
quinta semis. aut aliquid huiusmodi.

De die. VI.

Dies est aer
a sole illustratus. nomen inde sumens.
quod tenebras disiungat ac diuidat.
Nam cum in primordio creaturarum tenebre
essent super faciem abyssi. dixit deus. Fiat
lux. Et facta est lux. Et uocauit deus lucem
diem. Que definitio bifarie diuidi
tur. hoc est uulgariter et proprie. Vulgus
enim omnem diem solis presentiam super
terras appellat. Proprie autem dies .xxiiii.
horis. id est circuitu solis totum orbem
lustrantis impletur. qui secum semper usque
lumen dierum circumferens. non minore
aerium spatio noctu sub terras. quam super
terras interdiu creditur exaltari. Quod mul
torum quidem et nostrorum et secularium litte
rarum testatur auctoritas. Sed nos unius
patris augustini testimonium ponere
satis est. Dicit enim in libro questionum euan
geliorum .ii. lxx duorum discipulorum summam
figaliter explanans. Sed et .xxiiii. ho Aug.

ris. tot' orbis pagit' atq; lustrat'. ita
misterii illustrandi orbis p euglin
tuitatis in. lxxii. discipulis intimat'.
·II· t septuagīo sc̄do
Vt ies eni quat'o tiu. lxxii. Dicit
idem in libro de genesi ad litterā
primo an dicendū ē. quia cū cito per
actū eēt hoc op' dī. tamdiu stetit
lux nō succedente nocte. donec diur
nū spatiū pageret'. & tamdiu man
sit luci succedens nox. donec spatiū
nocturni temporis pteriret. & ma
ne fieret diei sequentis. uno pmoq; tus
acto. Sed; si hoc dixero. uereor ne ri
dear & ab his q certissime cognouerit.
& ab his qui posst facillime aduerte
qd eo tempore quo nox apd nos ē. eas
partes mundi psentia lucis illustret.
p quas sol ab occasu in ortū redit. ac
p hoc omib; xxiiii. horis nō deesse per
circuitū giri toti. alibi diē. alibi noc
tem faciens. Et paulopt cōmemorata
eccłā. subdit sententiā de sole. Aus
tralis g pars inquit cū habet solem.
nobis dies ē. Cum aut partem aqui
lonis circuiens puenit. nobis nox ē.
Non tam in alia parte non ē. dies. ubi
psentia solis ē. nisi forte poeticis fig
mentis eor inclinandum ē. ut credam
solem mari se immergere. atq; inde
loti ex alia parte mane surge. Quāq.

si ita esset. abissus ipsa psentia solis illus
traret. atq; ibi esset dies. Posset enim &
aquas illuminare. qui ab eis nō posst ex
tingui. Sed; hoc monstruosum ē. ut suspi
cari. Ante u solis creationē. primitie
lucis circuitus qui nunc p solem fit. age
bat' primo qdem sedoq; die. aquis abissi
que omnem t'ram texerant. tercio
u aeris uacui sua circuitione lustran
tis. Sunt & enim quidā patrū. qui in
eo quod scriptum ē. in pricipio creauit
ds celum & t'ram. t'ra aūt erat manis
& uacua. & tenebre erāt sup faciē abis
si. informem celi & t're & aque. om
niumq; elementor confusionē putant
eē. desig... natā. ita ut nec aqua
nec t'ra. nec celum. s; eor omniū in
ita diuerint una seminaria sit indica
ta matheries. Ideoq; nō inuenientes
mundi locū. pme lucis capacem. ne
cessario cuncta que de. vii. primis dieb;
legunt. alt' quā consuetudo nr̄i sēli re
tinet altius pscrutando dogmatizant.
Sed; multo facilior ē. sensus. si iuxta tradi
tiones patrū atque catholicor. celi noīe.
circulus celi superioris intelligat' eē. mōs
trat'. t're u noīe tellus. ipsis suis quib;
& nunc ē. finium spaciis inclusa. excep
to qd nichil uirentiū germinū. nichil
uiuentiū pduxerat animantiū. Abissi

uocabulo. infinita aquarũ diffusio. omnẽ
alluentiũ t̃ram in quarũ medio postmo
dum firmamentũ celi ẽẽ. factum commemo
ratur. Deniq; s͡c͡s clemens apl͡oꝝ discipl͡s.
ꝛ romane ecclę. iii͡.ꝰ post petri ep͡s. in .vi. his
toriarũ suarum libro ita scripsit. In prin
cipio fec̃ d͡s celum ꝛ t̃ram. Terra autẽ
erat inuisibilis ꝛ incomposita. ꝛ tenebre erãt sup abissum ꝛ sp͡s dei
ferebat̃ sup aquã. Qui sp͡s di. iussu di q̃si
ipsi͡ conditoris manꝰ lucem separauit a tenebris.
ꝛ pꝰ illud inuisibile celũ istud uisibile ꝓ
dux̃. ut supiora q̃dem habitaclã faceret
anglis. inferiora ũ hominibꝰ. Propt̃ te ĝ
o homo iussu dei aqua que erat sup faci
ciem t̃rę secessit. ut terra t̃ ꝓduceret fruc
tus. Consentit huic ambrosiꝰ mediolanẽ
sis antistes in libro exameron scd͡o. set ꝛ
basiliꝰ cesareę capadocię ep͡s. qui in. iiii.
eiũdem opis libro. congregent̃ in q̃d aq̃
ꝛ appareat arida. uelamentum subducit̃.
ut conspicua fieret. que interim nõ uide
bat̃. Hieronimꝰ quoq; hystorię factę doctissimꝰ
interpres. in expositione ꝓphtę sententię
qua dictum ẽ. q̃ dicebas in corde tuo. i celũ ascendam sup sid͡a dei exaltabo solium
meum. meminit celi supioris. ita scribẽs.
Vel anteq̃ de celo corrueret ista dicebat.
uel postquã de celo corruit. Si ad huc i
celo positꝰ. quomͦ dic̃ ascendã in celum.
S; quia legimꝰ celum celi dño. cũ eẽt. in
celo id est firmamento. in celũ ubi so
lium dñi est cupiebat ascendere.
nõ humilitate s; supbia. Si in aũ pꝰq̃
de celo corruit ista loquit̃. uerba arro
gantię debemꝰ intellig̃e. qui nec p̃ci
pitatꝰ quiescat. s; ad huc sibi grandia
ꝓmittat. nõ ut int̃ astra. s; sup ast̃
dĩ sit. Quantũ ĝ nobis uestigia pa
trum seq̃ntib; conicere dat̃. cũ dice
ret d͡s fiat lux. mox tenebrẽ que a
bissũ texerant abierũt. ꝛ lux ab ori
ente medias int̃ undas emergens.
cunctã terre supficiem opũit latitudine
sui fulgoris. boreales simul australesq;
nec nõ ꝛ occiduas oras attingens. paulatĩq;
reconpleto diei uniꝰ spatio subducens.
inferiora t̃rę girando subiit. atq; auro
ra p̃cedente. diem scd͡m. t̃ciumq;. simili
ordine compleuit. Hoc tantũ a solari
luce differens. q̃d caloris foco carebat.
Et q͡a sid͡a nondũ erant. p̃cess ad huc
tenebris noctes illas relinquebat obscu
ras. Quod sicui uidet̃ incredulũ. mea
aquarũ luminis ẽẽ. capaces. uideat opa
nautarũ. qui olei aspargine ꝑspicuum
sibi ꝓfundũ maris efficiunt. ꝛ intelli
gat rerũ conditorem dñi multo amplꝰ
sui oris afflatu. quantalib; aquarum
ꝓfunditatem illustrare potuisse. maxime cũ
tenuiores tũc aque fuisse credantur.

priusquam eas conditor in congregationem unam cogeret. ut apparere posset arida. Et diei uulgaris quidem dominus sententiam quam supra posuimus definiuit dicens. Nonne .xii. horae sunt diei? Moyses autem aperte ita descripsit. Et factum est inquiens uespere et factum est mane. dies unus. Quem hebrei. caldei. et persae sequentes. iuxta primae conditionis ordinem. diei cursum a mane ad mane deducunt. umbrarum uidelicet tempus luci supponentes. At contra aegiptii ab occasu ad occasum. Porro romani a medio noctis in medium. umbrie et athenienses a meridie ad meridiem. dies suos computare maluerunt. Diuina autem auctoritas que in genesi dies a mane usque ad mane computandos esse. decreuit. eadem in euangelio totius diei tempus a uespera inchoare et consummari sanxit in uesperam. quia quippe in exordio mundi prius lucem uocauit diem. deinde tenebras noctem. ipse in fine seculi primo noctem gloria suae resurrectionis illustrauit. et sic diem se discipulis ostendendo consecrauit. quos etiam uespera precedente conuescendo et se palpandum offerendo. spiritus quoque sancti gratiam tribuendo. plenius suae resurrectionis fide confirmauit. Et quia tunc post creatam lucem factum est. uespere et mane dies unus. nunc autem uespera sabbati lucescente in prima sabbati. ipsa mutatio temporis nos quoque a paradisi quondam luminibus translatos. in conuallem lacrimarum. iam modo a peccatorum tenebris ad celestia gaudium transferendos esse. designat. Neque enim aliter quam nocte diei praeposita. potest explicari quod dominus in exemplum ione tres dies et tres noctes in corde terrae fuerit. ubi sinedochicos si diei parasceues partem qua sepultus est. cum praeterita nocte pro nocte ac die accipias hoc est. pro toto. diei sabbati noctem et diem integrum. et noctem dominicam cum eodem die illucescente. ac per hoc incipiente. partem pro toto. habes profecto triduum et tres noctes. Merito autem queritur. quare populus israel qui diei ordinem iuxta moysi traditionem a mane semper usque ad mane seruabat. festa tamen omnia sua sicut et nos hodie facimus. uespere incipiens. uespere consummaret. dicente legislatore. a uespere usque in uesperam celebrabitis sabbata uestra. Ubi primum

quo sane dies seculi sit. VI.

Quo in loco primus sit dies seculi non nulli querentes. viii kalendarum aprilis. alii .xi. kalendarum ipsius diei adnotandum putarunt. Uno utrique hoc est aequinoctii argumento notantes. quasi rationi congruat. ut quia deus aequis in principio partibus lucem tene-

brasq; diuiserit. ibi perpue tūc caput
mundi. ubi nūc equinoctium fieri cre
dit̄. Bene quidem inquirentes. s; nō ple
ne qđ dicerent prouidentes. multo uti
que pieci acturi. si temp equinoctii nō
primo diei q̄ lux. s; iiii. quo luminaria
sunt facta poci adsignarent. Ibi naq; te
poris initiū statuit. qui luminaribus
conditis dix. ut sint i signa 7 tpra et
dies 7 annos. Nam precedens & illuminati
omnib; uisum ē. absque ullis horarū di
misionib;. utpote nec dū factis sideribus.
equali lance lumī tenebrasq; pendebat.
E t quarto demū mane. sol a medio pce
dens orientis. horis umbrarum suas p li
neas currentib. equinoctiū qđ annuatim
seruaret inchoauit. Posit q cū pmo trīs oriret. uidelic; in eo
celi loco. quē philosophi qrtā partē arie
tis appellāt. eūdemq; pacto annuo cir
cuitu pr dies. ccclxv. 7 vi. horas repeti
turus. Cui augmento. quadrans efficitur.
ut ipse uernalis equinoctii punctus. m̄
mane. m̄ meridie. m̄ uespe. m̄ medio
noctis occurrat. Luna e contrario uespe
plenissima. neq; enī quid imperfecti crea
tor equissimus instituit. stellis una ful
gentib a medio apparens orientis. qrtā
partem libre qua eqnoctiū autumna
le asseuerāt tenuit. 7 initiumq; paschale.
suo consecrauit exortu. Neque enim

alia seruandi pasche reglā ē. quā ut
equinoctium uernale succedente plen
lunio pficiat. At si uel una die ple
nitudo lunę pcesserit equinoctium.
iam nō primi mensis s; ultimi luna
putet. Oportet enim. ut sic' tunc pmo
sol potestate diei. deinde luna cum
stellis potestatē noctis accep. ita
7 nūc ad insinuandū nrē redēptionis
gaudiū. pmo dies noctē longitudine
adequet. ac deinde luna. plenissima
eam luce pfundat. certi utiq; miste
rii grā. qa uidelic; sol ille creat om
niū illuminator astrorū. eternam uerā
q; lucem significat. q̄ illuminat om
nē hominē uenientē in hūc mūdū.
L una aut 7 stelle quia nō pprio ut
quidā dicūt. s; adinuentio 7 a sole
mutuato lumine fulgent. ipsum ec
clę corp 7 quosq; uirtuti scōs insi
nuant. q illuminari nō illuminare
ualentes. celestis grę munus accipere
sciunt. dare nesciunt. atq; in celebra
tione maxime sollempnitatis xpī ec
clę debuit anpom. que nō nisi p
illū luceret. Nam siqui plenilunii
um paschale. an equinoctiū posse
fieri contenderit. ostendat ul' ec
clām scām priquam saluator ueniret
in carne. extitisse pfectā. ul' quem

liber fidelium an preuentum gratie ipsius
aliquid posse superne lucis habere. Neque
enim sine ratione paschalis obseruantia
temporis, qua mundi salutem et figurari
et uenire decebat. ita diuinitus est preordina
ta. ut neque prima die qua lux facta est.
neque secunda qua firmamentum. neque tertia qua
arida apparuit. neque mox quarta incho
ante qua sol equinoctialis tamquam sponsus
e thalamo processit. sed ad uesperam tan
dem oriente luna sortiretur exordium.
Expectata est enim hora que illuminatio
nem ecclesie olim in christo uenturam designa
ret. ut sicut in misterio sacrificii celestis
nec uinum solum nec aquam solam offerre
licet. ne uidelicet ipsa oblatio uel deo tan
tum uel tantum hominum conueniat. sed sangui
nem uite torculari crucis expressum. nostre
fragilitatis aqua temperamus. granum
que frumenti passionis mola contritum aque
miscemus. ut iuxta quod apostolus ait. adheren
tes domino unus cum eo spiritus effici ualeamus.
ita etiam in eiusdem sacrificii tempore
obseruando. nec solis tantum cursum queri
temus. quasi deum quidem credentes. sed ul
tra nostri curam sublimatum. iuxta eos qui
dicunt. nubes latibulum eius. nec nostra con
siderat. et circa cardines celi perambulat.
nec tantum lune soli plenum captemus exor
tum. quasi iuxta pelagianos absque

gratia superna beati esse queamus. uerum iuxta
eum qui dixit. deus meus misericordia eius preueniet
me. in nostri pasche celebratione equinoctialem
solis exortum. cuncta uidelicet tenebrarum offen
dicula dilucescentes. plenilunio nostre deuo
tionis e uestigio sequente dedicemus.
Hanc mosaice pasche rationem. die dominice re
surrectionis perficit. qui non uenit soluere
legem sed adimplere. De quibus singulis suo
loco consequentius prout dominus dederit expone
mus. Nunc admonere contenti. xii. kalendarum
aprilium diem. occursum equinoctii et ante tri
duum hoc est. xv. kalendarum earundem primum
seculi diem esse notandum. cum ad indicium
primatus sibi rerum antiquos. initium zodiaci
circuli uoluisse prefigere. Nec enim illa die
uel romanorum uel grecorum uel certe egyp
tiorum mensis annique cum hec causa fieret ori
tur. sed nec ab his gentibus quamuis se grecos
iactitent. uerum ab antiquioribus chaldeorum
astrologia cepit. a quibus abraam patriarcha
ut iosephus testatur edoctus. ut deum celi si
dierumque conuersionem cognouit. ipsam mox
disciplinam ueraciter intellectam. egyptiorum
genti cum apud eos exularet aduexit. Nam
et in libro beati iob qui non longe post abra
ham extitit. mazaroth id est signa horo
scopi leguntur. Igitur iuxta zodiaci quidem diui
sionem. xv. kalendarum aprilis qua facta est lux. sol a
rietis signum ingreditur. iuxta uero prime

suę conditionis ordinem. xii. astrorum ipsius initium sui circuitus et omnium simul temporum caput attollit. Iuxta quod anatholius laodicię antistes de equinoctio scribens. euidenter astruit. In qua mundi die inuenitur sol non solum conscendisse primam partem. uerum etiam quadrantem lunam in ea die iam habere. id est in prima ex xii. partibus. Hec autem particula prima ex xii. uernale est equinoctium. et ipse est initium mensium. et caput circuli. et absolutio cursus stellarum que planetae id est uage dicuntur. ac finis xiime. particulę. et totius circuli terminus. Ubi et uerissime intellexit et elegantissime proposuit non nisi in equinoctio uernali quantum ad naturam caput esse signiferi. et ibi xii. signa que ab illo particule nuncupantur. initium sibi habere et terminum. Ibi quadrantem quem bissextum dicimus. ibi saltum lunę incipere ac finire. ibi magnum annum hoc est planetarum cursus exordium finemque sortiri.

De nocte. VII.

Nox est dicta quod noceat aspectibus uel negotiis humanis. siue quod in ea fures latronesque nocendi aliis occasionem nanciscantur. Est autem nox solis absentia terrarum umbra conditi. donec ab occasu redeat ad exortum. Iuxta quod naturam eius et poeta describens. Ruit inquit oceano nox inuoluens umbra magna terramque polumque. Et salomon sacris litteris expressit. Qui pascitur inter lilia donec aspiret dies et inclinentur umbrę. Eleganti utique sensu decessionem noctis inclinationem appellans umbrarum. Nam quoniam pro conditionibus plagarum quibus solis cursus intenditur. et splendorem eius a nobis obiectu terrene molis excludit. umbratio illa que noctis natura est. ita erigitur ut ad sidera usque uideatur extendi. merito contraria uicissitudine id est lucis exortu umbram inclinari. noctem uidelicet deprimi pellique significauit. Quam uidelicet umbram noctis ad aeris usque et etheris confinium philosophi dicunt exaltari. et acuminatis instar pyramidum tenebris. lunam que infima planetarum currit aliquando contegi atque obscurari. nullumque aliud sidus talem eclipsin hoc est defectum sui luminis pati. eo quod circa fines telluris solis splendor undique diffusus. ea libere que telluri procul absunt aspiciat. ideoque aetheris quę ultra lunam sunt spacia. diurnę lucis plena semper efficiat. uel suo uidelicet uel siderum radiata splendore. Quomodo nocte caeca procul accensas faces intuens. circumposita quoque loca eodem lumine perfundi non dubitas. et si tenebris noctis obstantibus non amplius quam solas facium flammas cernere praeualeas. ita inquit purissimum illum et proximum caelo manę. diffusis ubique

siderum flammis semp lucidior fit. sed impe
ditis aere crassiore minus obtutib. sidera
quidem ipsa luce radiantia parent. ue
rū reddita ex eis illustratio nō paret.
Lunā uō aiunt cū infimas sui circuli
absidas plena petierit. nōnunq̄ um
bra memorata fuscari. donec paulatī
centrum trē egressa. rursus a sole cer
natr. Verum ne hoc omni plenilunio
patiatr. latitudinem et signiferi que
.xii. partiū est. diuersamq; absidarū
altitudinem succurrere. Nam qđ in
umbra facienda. tria simul coeuntere
necesse ē. lucem. corp. 7 obscuratū lo
cū. 7 ubi lux corpori par ē. ibi ęqualis
umbra iacetr. Ubi lux corpore exilior.
ibi umbra sine tmino augesc̄. Ubi lux
corpore maior. ibi umbra paulatim de
crescendo deficit. Arguuntr solem
trā eē. maiorem. quamuis ob imensā
longinquitatem modicus uideatr. atq;
ideo noctis umbrā qin sensim decres
cat priusq̄ ad ethera ptingat deficere.
Meminit hui umbrę ac noctis bs am
brosi in .vi. examerom libro ita dicēs.
Ait nō ille id ē. moyses putauit dicen
dū. quamuī disputatio aeris occupet
umbrā trę cū sol recedit a nobis. di
emq; obducit inferiora axis illumi
nans. 7 quemadmodū in regionem

umbrę huius incedens lunę globus
aeclipsin faciat. Est aū noctis umbra,
mortalib ad requiē corporis data. ne o
pis auida cōtinuato labore deficeret
ac pire humanitas. 7 ut animantib
quibusdā q lucem solis ferre nequeunt.
ipsis etiam bestiis quę psentiā uerentr
humanā discurrendi ubiq; ac uictū q
rendi copia suppeteret. iuxta qđ in di lau
dib psalmista decantat. Sol cognouit
occasū suū. posuisti tenebras 7 facta ē.
nox. in ipsa ptransibunt omīs bestię sil
uarū. 7 cetā. Quā mira puisio crea
toris ita temprauit. ut ubi ob solis lon
ginqtatem rigidior. ibi ad opa breui
auida 7 fouenda sit umbra plixior. qđ
7 in hyeme quā ęstati uniuerso orbi u
bi. longior. 7 in ipsa hyeme multo
scithiis quā afris ē. pductior. sic uicā
in aestate multo longior in scithia quā
in africa dies flagrat. Nam si nō tan
to breuior. quanto ardentior. libiā dies
ureret. totamq; iam dudū absumeret.
Noctis sane partes sunt .vii. crepusculū.
7 uespum. cōticiniū. intempestū. gallici
niū. matutinū. diluculum. Crepuscu
lū ē. dubia lux. nā crepum dubiū dici
m. hoc ē. int lucem 7 tenebras. Ves
pum ē. apparente stella eidem nomi
nis. de qua poeta. ante diem clauso

conponit uesp olimpo. Conticinium. qn omnia conticescunt. id ē. silent. Intē pesti. media nox. qn omnib; sopore qetis. nichil opandi temp ē. Gallici nii. qn galli cantu leuant. Matuti nii. int abscessum tenebrarū ⁊ auroræ aduentū. Diluculum. quasi iam incipiens parua diei lux. hec ⁊ aurora ptingens usq; ad solis exortum.

De ebdomada. viii.

Ebdomada grece. a septenario numero nom accep. Humana qdem consuetudine septeni solū acta dieb. s; scripture sacre auctoritate. multis speciebus insignis. Que tamen cuncta nisi fallor. ad unū finem exspectat. nos scilic; post opum bonor perfectione. in sps sci grā ppetuā seruare quietem. Prima g illa singlaris ebdā et a qua cete formā capessunt. diuina ē. opatione sublimis. qd dns. vi. dieb; mundi ornatū conplens. vii. die reqeuit ab opib suis. Ubi notandū. qd nō ido senari numerus ē. pfectus. qa dns in eo i inicio mundi opa sua pfecerit. s; sicut augustin ait. ideo dns q omnia simul creare uolebat in eo dignat est opari. qa numerus ē. ille pfectus. ⁊ uiā p hic opa sua pbaret ee. pfecta. qui suis partib; primū implet. id ē. tcia. sexta. ⁊ dimidia. q sunt unū ⁊ duo ⁊ tria. ⁊ simul. vi. fiunt. Ad huius exemplum diuine ebdomadis. segunda hominib; obseruantia mandat. dicente dno. Sex dieb; opaberis ⁊ facies omnia opa tua. vii. aut die sabbi dni dei tui. nō facies omne op. Sex enim dieb; fecit ds celum ⁊ trām. mare ⁊ omnia que i eis sunt. ⁊ reqeuit in die. vii. Que a poplo di ebdomada. ita conputabat antiqtus. pma sabbi. uel una sabbi. siue sabbator. sedā sabbati. iii. sabbi. iiii. sabbati. v. sabbi. vi. sabbi. vii. sabbi ul sabbator. Non qd omis sabbator hoc ē. reqetionū dies ee. potuerit. s; qd reqetionū die que suo noie ⁊ cultu singlaris excellebat. pma. ul sedā. ul tcia. ul qrta suo q; censeret ex ordine. Verū gentiles cum obseruationem a poplo isrl ebdomadis edicerent. mox hanc in laude suor deflexere dor. pmā uidelic; diem soli. sedā lune. tciam marti. qrtam mercurio. quintā ioui. sextā ueneri. septimā saturno dicantes. eisdem utique monstris. suos dies. quib; ⁊ etiam sidera cōsecrantes. tam ⁊ si diuerso ordine putantes. Existimabant eni se habe a sole spm. a luna corp. a marte feruore. a mercurio sapientiam ⁊ uerbū. a ioue tempantiam. a uenere uoluptatē. a saturno tarditatem. Credo qd sol in medio planetar

de ebdomada. viii

posit'. totu mundu ipse instat calefacere
et quasi uiuificare uidetur. ecclesiaste at
testante. q de ipso loquens ait. Gyrans
girando uadit sps. et in circulo suo reu
tit. Luna u per humoris ministerium. cunc
tis nascentium corporib; suggerit. Mar
tis stella. inpote soli proxima. calore simul
et nata e. feruens. Mercurius ppetuo cir
ca solem discurrendo. quasi inexhausta
sapie luce radiari putatur. Jupiter frigore
ut ardore
saturni et calore martis hinc inde tempatur.
Venus. luminis uenustate qua ex solis ui
cinitate percipit. suo cernentes allicit as
pectu. Saturnus. eo tardior ceteris planetis.
quo et superior incedit. Nam. xxx. annis
signiferu complet. Inde iupiter. xij. anni.
Terci mars. duob; annis. Quartus sol. ccc
lxv. dieb; et quadrante. Infra solem uenus.
que et lucifer et uesp. ccc xlviii dieb; a
sole nuquam absistens. partib. vi. et xl.
longius. Proximu illi mercurii sidus. ix.
dieb; sociali ambitu. modo an solis exor
tu in post occasu splendens. nuqua ab
eo. xxii ab partib remotior. Nouissima
luna. xxvii. dieb; et. viii. horis signife
ru conficit. Hec igitur erat stulticia ge
tilium. falsa ratiocinatione subnixa.
qui quasi iure prima diem soli qd ma
ximum e. luminare. secdam lune quod
secdm luminare e. se cosecrare putabat.

De in ordinata alternatione ceterar dier. pri
ma a sole stella. quarta. prima a luna. quinta.
secdam a sole. sexta. secdam a luna. septi
me. tciam a sole pponebat. Ferias u
ut edoceret
habe clerum. primus siluester papa instituit.
l quib; ut uacarent
quo soli do uacarent. nunqua militia
ul negociatione liceat exercere mun
dana. dicente psalmographo. uacate et
uidete qm ego sum ds. Itemq; apls. Ne
mo militans deo. implicat se negociis
secularib. Et prima quidem diem qua et lux
in principio facta. et xpi e. resurrectio ce
lebrata. dnicam nuncupauit. quod illi
nom iam primis eccle temporib; fuisse in
dicat. testatur iohs qui dicit in apocalipsi.
Fui in spu in dnica die. Deinde secda feriam.
tciam feriam. iiii. feriam. v. feriam. vi. feriam.
de suo adnectens. sabbati ex ueteri scrip
tura retinuit. no uerit gramaticor; feru
las. qui sicut kalendas. nonas et idus. ita et ia
frias. plurali tantu numero pferendas ee.
decernit. Tercia spes ebdomadis in ce
lebratione pentecostes agitur. vii. uide
lic; septimanas dieru et monade. hoc e.
l. dieb; impleta. qua die et moyses arden
te conscendens i montem. legem de ce
lo accepit. et xps in linguis igneis sps
sci gram de celo misit. Quarta. septimi
mensis erat ebdomada. qui sollepnita
tib; pclaris. pene tot expendebat. Int

quas. perpetue dies propitiationis conti
nebat. qua sola per annum pontifex de
relicto foris populo. sancta sanctorum intrabat.
annuis antea fructibus. hoc est. frumenti.
uini. et olei ex ordine collectis. signi
ficans ihesum pontificem magnum. imple
ta dispensatione carnis. per proprium san
guinem celestis regni ianuas ingres
surum. ut appareat nunc uultui dei
pro nobis. qui foras ad huc positi.
prestolamur et diligimus aduentum eius.
Ubi notandum. quod sicut quidam immun
di per legem. prima tertia et vii. die iu
bebantur ut lustrari mundari. sic et primus. tertius.
et vii. mensis. suis quoque cerimoniis exti
tere sollemnes. Quinta ebdomada
septimi anni. quo totus populus ab a
gricolandi opere. legis imperio uacabat.
dicente domino. Sex annis seres agrum
tuum. vii. cessabis. Sexta anni iubi
lei hoc est. remissionis ebdomada est.
que. vii. ebdomadibus annorum. hoc est
xl viiii. annis texitur. Qua expleta.
hoc est. quinquagesimo demum an
no incipiente. tube clarius resonabant.
et ad omnes iuxta legem possessio re
uertebatur antiqua. De ebdomadibus

Septima lxx. prophetie.
species ebdomadis est. qua pro
pha daniel utitur. more quidem legis.
septenis annis singulas comple
tens ebdomadas. sed noua ratione
ipsos annos adbreuians. duodecim uidelicet
mensibus lune. singulos determinans. Sim
bolismos uero menses qui de anni xi.
epactarum diebus adcrescere solent. in
lege patria. tercio uel a tercio anno sin
gulos adiciens. sed ubi ad duodecimi
numerum augescendo peruenirent. pro
integro anno parti inserens. Hoc
autem fecit. non ueritatis cognitione
querentibus inuidendo. sed prophetie more.
ipsum querentium exercendo ingenium.
Malens utique. suas margaritas a filiis
clausas. fructuoso sudore uestigari.
quam imperitis. aporetis fastidiosa dispectione
calcari. Uerum ut hec apertius elucescant.
ipsa iam angeli ad prophetam dicta uideamus.
Septuaginta inquit ebdomades. adbre
uiate sunt super populum tuum. et super urbem sanctam
tuam. ut consummetur preuaricatio. et finem
accipiat peccatum. et deleatur iniquitas. et
adducatur iustitia sempiterna. et impleatur
uisio. et prophetia. et ungatur sanctus sanctorum.

Nulli dubium quin hec uerba. christi incar
nationem designent. qui tulit peccata
mundi. legem et prophetas impleuit. unctus est
oleo letitie pre participibus suis. et quod ebdo
mades. lxx. per septenos annos distincte.
quadringentos. et xc. annos insinuent.

Sed notandum quod easdem ebdomadas non simpliciter adnotatas. siue computatas. sed adbreuiatas asserit. occulte uidelicet lectorem commonens. ut breuiores solito annos nouerit indicatos. Scito ergo inquit et animaduerte. Ab exitu sermonis. ut iterum aedificetur hierusalem usque ad xpm ducem ebdomadas .vii. et ebdomades .lxii. erunt. et rursus aedificabitur platea et muri. in angustia temporis. Ezdra narrante didicimus. quod neemias cum esset pincerna regis artaxerxis uicesimo anno regni eius mense nisan impetrauit ab eo restaurare muros hierusalem. templo multo ante a cyro permittente constructo. Ipsum quoque opus ut dictum est in angustia temporis perfecit. adeo scilicet assurgentibus gentibus inpugnatus. ut structores singuli gladio renes accincti. una manu pugnasse. altera murum reparasse narrentur. Ab hoc ergo tempore usque ad xpm ducem. ebdomades .lxix. computata. hoc est annos duodenorum mensium lunarium quadringentos .xc. qui sunt anni solares .cccc.lxxv. Siquidem persis a praefato uicesimo anno regis artaxerxis. usque ad mortem darii. regnauerunt annos .cxvi. Ex hinc macedones usque ad interitum cleopatrae. annis .ccc. Inde romani usque ad septimum decimum tiberii cesaris annum. monarchiam tenuerunt. annis .lviiii. qui simul fiunt, ut diximus anni .cccc.lxxv. et continent circulis decennouenalibus .xxv. Decies nouies enim uiceni quini fiunt .cccc.lxxv. Et quia singulis circulis embolismi .vii. adcrescunt. multiplica .xxv. per septem. fiunt .clxxv. qui sunt embolismi menses. quadringentorum .lxxv. annorum. Si ergo uis scire quot annos lunares facere possint. partire .clxxv. per duodecim. Duodecies deni et quaterni .clxviii. denos quaternos faciunt. et remanent menses septem. Hos iunge ad supra scriptos .cccc.lxxv. fiunt simul .cccc.lxxxix. Adde et menses supra fluos .vii. partemque octaui decimi anni imperii tiberii quo dominus passus est. et inuenies a tempore praefinito. ad eius usque passionem .lxx. ebdomadas adbreuiatas. hoc est annos lunares .cccc.xc. Ad eius uero baptismum quando unctus est. sanctus sanctorum. descendente super eum spiritu sancto sicut columba. non solum ebdomadas .vii. et .lxii. duas fuisse completas. sed et in parte iam septuagesimam ebdomadam inchoatam. Et post ebdomadas inquit .lx. duas ebdomadas. sed in fine septuagesime ebdomadis occisus est xps. Quam ideo quantum conicere possumus. segregauit a ceteris: quia de hac erat plura relaturus.

Occidetur xps. et non erit eius populus. qui eum negaturus est. Non statim post .lx. duas

Nam et Christus in illa crucifixus est et a populo
perfido non modo in passione, verum con-
tinuo ex quo a Iohanne praedicari coepit nega-
tus est. Quod autem sequitur: Et civitatem
et sanctuarium dissipabit populus cum duce
venturo, et finis eius vastitas, et post finem
belli statuta desolatio, non ad septua-
ginta ebdomadas pertinet. Praedictum enim
fuerat quod ipse ebdomades ad Christi usque
ducatum pertingerent. Sed scriptura praedicto
adventu et passione ipsius, quid etiam
post hanc populo qui eum recipere nollet esset
eventurum ostendit. Ducem enim ventu-
rum Titum dicit, qui quadragesimo anno
dominicae passionis ita cum populo Romano
et civitatem et sanctuarium dissipavit, ut non
remaneret lapis super lapidem. Verum his per an-
ticipationem praelibatis, mox ad exponendum
ebdomadarum quod omiserat redit eventum.
Confirmabit autem pactum multis ebdoma-
das una. Haec est ipsa novissima, in qua vel Iohannes
baptista vel dominus et apostoli praedicando multos ad
fidem converterunt. Et in dimidio inquit
ebdomadis deficiet hostia et sacrificium.
Dimidium ebdomadis huius quintus decimus
annus Tyberii Caesaris quando inchoato Christi
baptismate hostiarum purificatio fidelibus
paulatim vilescere coepit. Item sequitur:
Et in templo erit abominatio desolationis,
et usque ad consummationem et finem perseverabit
desolatio. Adsequentia tempora respicit, cuius
prophetiae veritatem et historia fecerunt veteri
et nostrorum hodieque temporum testatur eventus. Totum
ideo prophetiae testimonium ponentes, quantum facul-
tas suppetebat exposuimus, quia hoc in ample
utique lectoribus ignorari, et speciale genus
ebdomadae flagitare cognovimus. Falluntur
enim qui putant Hebreos annis talibus usos;
alioquin tota veteris instrumenti series vacil-
lat, nec ulli aetas tanta quanta scripta est
debet intellegi, sed ad lunae cursum stringi.
Et Graecos quidem veteres legimus trecentis l iiii
diebus annum ad lunae cursum putantes,
octavo semper anno xc dies qui nascuntur, si qua-
drantis cum xi diebus epactarum octies com-
ponatur, partitos intercalasse in tres unde
liceat menses tricenorum dierum distributos.
Iudaeos autem numquam, sed alterum vel tertio anno
mensem lunae tertium decimum, quem embolismum
vocitamus, inserere solitos, sicut novissima
xiiii lunae paschalis aperte ratio probat. Scien-
dum sane quod Affricanus ebdomadarum cur-
sum, quem nos xv vel xvi Tyberii Caesaris
annum, quo dominum passum credimus, iuxta
chronicam Eusebii perduximus, ab eodem
quo incipiens exordio quinto decimo ei-
dem imperatoris anno, quo eum passum credit,
putat esse completum, ponens annos regni
Persarum cxv, Macedonum ccc, Romanorum
lx. Sed diligens lector quod magis putaverit

eligat. DE EBDOMADA ETATUM SECLI X.

A. Octaua species ebdomadis. uni formis. et sola sine circuitu reuolucionis extans. ad figuram ponitur prime ebdomadis. labentibus huius seculi conficitur etatibus; Prima enim die facta est lux. et prima etate homo in paradisi amenitate locatur; diuisa luce a tenebris. factum est uespere. et separatis dei filiis a semine nequam. non longe post natis gigantibus corrupta est omnis terra. donec creator penitens se hominem fecisse. mundum diluuio perdere disponeret.

B. Secunda die firmamentum in medio libratur aquarum. secunda etate. archa in medio fertur aquarum. hinc fonte abissi subportata. illinc celi cataractis conpluta. et que habuit uesperam. quando filii adam pedes ab oriente mouentes. qui in construenda superbia turris conuenerant. linguarum diuisione multati. et ab inuicem sunt dispersi.

Γ. Tercia die aquis in congregationem unam coactis. apparuit arida. siluis herbisque decora. et tercia etate firmatis in cultu demonum nacionibus. abraham patriarcha cognacionem patriamque deserens. sanctorum semine fecundatur. Aduenit et uespera. quando hebrea plebs malis coacta preminentibus. contra dei uoluntatem regem sibi petiit. qui mox ordinatur. primo domini sacerdotes prophetasque trucidat. post modum ipse cum tota gente gladio perit allophilorum. et prelitata est gens illa. celesti fide.

quattuor in uicesimam. Quattuor & horis splendet uicesima quinta. quomodo et quinta luna. Et quidem hic argumentum tempore equinoctiali. legitima fixum statione probatur. Verum longissimis in bruma noctibus. uel tempore estatis breuissimis. Quarum alias VII. horarum spacium longe transcendere. alias nequaquam ad hoc pertingere posse constat. Qua ratione lunam VII. et horas lucere credamus. nisi forte putamus. non equinoctiales horas intelligendas. et sed singulas quasque noctes. pro sue mensura longitudinis. aut breuitatis. in VII. et particulas. Quas horas. uocitemus equa distributione findendas.

XXV. Quomodo uel quare luna uel prona uel supina uel uidetur erecta.

SUNT qui naturas explorare conati. dicunt nouam lunam quotiens supino cornu utroque uidetur. tempestuosum mensem. Quotiens erecto uno. serenum portendere. quod longe aliter esse. naturalis ratio prodit. Quid enim inquiunt credibile est lunae statum qui fixus in aethere permanet. pro subiacentium mutatione flaborum. uel imbrium. posse aliorsum quam fuerat conuerti. et eam quasi futurae metu tempestatis. aliquanto altius cornu quam naturae ordo poscebat tollere. Maxime cum non omnibus in terris. id est fluctu aerii possit euitare flatus aerarum.

Lunae autem status idem. eademque sic prona uariante solis digressu conuersio. Dicunt enim eam sicut et beatus augustinus ait in expositione psalmi decimi, qui docet eam non habere lumen proprium. sed a sole illustrari. Sed quando cum illo est. eam partem ad nos habere. qua non illustratur. et ideo nihil in ea lucis uideri. Cum autem incipit ab illo recedere. illustrari ab eo et iam parte quam habet ad terram. et necessario incipere (uel incedere) a cornibus. donec fiat XV. contra solem. Tunc enim sole occidente oritur. ut quisquis occidentem solem obseruauerit. cum eum ceperit non uidere. conuersus ad orientem. lunam surgere uideat. Atque inde ex alia parte cum ei ceperit appropinquare. illam partem ad nos conuertere. qua non illustratur. donec ad cornua redeat. Atque inde omnino non appareat. quia tunc illa pars que illustratur. sursum est ad celum. ad terram autem illa. quam radiare sol non potest. Cum ergo die crescente. sol a meridianis plagis ad boreales paulatim partes ascendit. necesse est luna. que eo tempore nata est. ociori transitu. solem ad borealia signa percurrat. Atque ideo cum noua post occasum solis uidetur. que ad septentrionem solaris occasus occasura est. nimirum non iuxta sed super solem sita est. Quo inferiora eius illustrante. equalia pene cornua protendere (uel porrigere). et instar nauis supina ire uidetur. At reuerso post solsticium

estiuum ad inferiora. et australia cursu solis: lunam quoque illis nata mensibus ad inferiora cursum tendat necesse est. Unde fit ut que ad australem .x. partem solis qui occidat que occidua est absque ulla dubietate. Cum primo post occasum solis apparet. non iam super illum: sed iuxta illum ad meridiem posita uidetur. Atque ideo aquilonalia latera sole aspectante: cernitur erecta progredi. Semper enim luna auersis a sole cornibus: rotundam sui partem perpendit ad illum. cuius racionis ordine agitur ut quo dies longior. eo sit noua luna excelsior, et quo breuior. atque ad meridiem procliuior est dies: eo deiectior noua luna cernatur; et inde uulgi creuit opinio. luna cum supina. et celsior incedit: turbines tempestatum. Cum uero erecta. et in austros deiectior: tranquillitatem designare. Quod ideo minimum statui est anni uertentis: ut sex mensibus quibus decrescit dies. eum multo clementior sit aeris motus. quam reliquis sex. Eadem racio est. et iam lune decrescentis: quare matutino in exortu. nunc erecta nunc supina pareat. Eadem cur interdum sepe prona procedat: inminuti solis eam radiis superiori ex loco tangentibus. Non ergo lune conuersio que naturalis est. et fixa. potest futuri mensis portendere statum: sed qui curiosi sunt. huius modi rerum colores uel eius uel solis. uel celi ipsius. aut stellarum. siue nubium mutacione. uel aliis quibus libet indiciis sepe statum

aeris. qui sit futurus explorant. Denique lunam quartam supinam fuerit. neque obtunsis cornibus. clare reliquis diebus usque ad exactum mensem. indicium serenitatis existimant: et cetera talia.

XXVI. Qua ratione luna cum sit situ inferior: superior sole aliquotiens uideatur.

Nec mirari opus est. Neu lunam per australia signa currentem. multo inferius ac uicinius terre quam solem: cum hisdem moratur in partibus circuire uidemus. Quam uidelicet multo inferius. non solum sole. sed et uenere ac mercurio que infime stellarum sunt. luna in confinio aeris huius turbulenti et puri decurrit aetheris. Denique multi philosophorum. solem abesse a luna: uncie xx. partes quantas lunam ipsam a terra prodiderunt. Pithagoras uero uir sagacis animi: a terra ad lunam cxxvi. milia stadiorum esse collegit. Ad solem ab ea duplum. Inde ad xii. signa: triplicatum. Sed merito queri ac mirari sollicitius quisque potest: quare luna in solsticiali circulo decurrens. quanto altior estiuo sole currere uideatur. tanto breuiores facere umbras. Unde paucis intimandum est: quod luna lune progressum ultra solem in utraque celi plaga. et australi uidelicet. et septentrionali signiferi gignat latitudo. Porro in australi. ipsa quoque lune eiusdem deiectio minor. Siquidem signifer idem trecentis ac tris quidem lxv. partibus. in quadrante per celi ambitum longius:

s; duodecim partib; latus. harum duas tan
tu medias sol & luna omnis peruagare consu
eunt. Que cum australem illius deuenit in
locum. aliquanto humilior hiberno sole
apparet. non solum quia inferior est terre.
sed etiam quia quattuor fere partib; aliquocies.
sine etiam solaris ex cursus terminos in
meridie transit. Et quanto amplius interiora
austri penetrat. tanto deiectior nostris qui
eam ab aquilone speculamur partem obtu
tib;. At cum solsticialem graditur in circulo.
aliquanto sepe elatior. sole uidetur es
tiuo. Luna cum propinquior sit terre quam sol.
quinq; etiam uel vi. partib; aliquando
solis terminos. ad aquilonem transcendit.
Et ideirco nostris obtutib; qui in terra positi u
trumq; sidus de inferiorib; aspectamus.
tanto ~~tanto~~ eminentiora celi culmina
petere uidetur. et quanto magis boreales
sese recepit in partes. Quod sic probatur
exemplo. Intrabis noctu in aliquam domum
pergrandem certe ecclesiam. longitudine la
titudine & altitudine prestantem. et innu
mera lucernarum ardentium copia pro illius
cui natalis est. martiris honore repletam.
Inter quas sint due maxime ac mirandi opis .
fari suis queq; suspense ad laquearia cate
nis. s; que tibi ex his mirandi inferior
ipsa quoq; est subiacenti pauimento uicinior.
Quanto cauatura uastitas domus: tanta est longe

distantium celsitudo farorum. Ut magis noc
turno usu lucem. comas q; flammarum: quam
ipsa ignium ualeas uasa dinoscere. Nunc
rum ubi farib; appropinquare incipiens. rec
to intuitu oculos ad faros et per faros. ad con
tra posita laquearior uel parietum loca
sustuleris: illa tibi altior quae inferior est.
farus apparebit. Et quanto accesseris.
tanto ibi que submersior est. uidebitur esse. sus
pensior: donec prospecta cerenus ueritatem
cuncta ut sint posita cognoscas. Ita ergo
& nos in terra duo magna celi luminaria
sita. quod utrumq; habemus ad meridiem.
quo sic quod inferius est. in septentrionem.
se subrigendo magis magisq; nobis ap
propiat. eo nobis oculos ad illa et per illa diri
gentib; ad celum. uidetur esse. illo sublimius.
quod etiam eius incerte manifesta ratione
patebit.

De magnitudine uel defectu solis & lune. xxvii.

De magnitudine uel defectu solis
siue lune: plurimus sectis in opere
pulcherrimo naturalis historie. ita des
scribit. Manifestum est solem interuentu lune
occultari. lunam que terre obiectu: ac
uices reddi. eosdem solis radios. luna in
positu suo auferente: terra que lune
hac subeunte repentinas obducit tenebras.
Rursum que illius umbra sidus hebetari:
neq; aliud esse. noctem quam terre umbras.

h atq; nō menstrui sunt utriq; defectus
ppt obliquitatē signiferi lunęq; multiua
gos. ut dictū ē. Hex. Non semp in scripul'
pareui. cōgruente siderū motu. Nec ratio
mortales animos. sub ducit in celū. ac
uelut inde contēplantib; triuin maximar
rerū naturē pareui. magnitudinē detegit;
Nō posset quippe totus sol ad im terris
intercedente luna. si terra maior ēēt.
qm luna tercia. ex utroq; uastitas solis
aptiur. nō sit ut nec ēē amplitudinē
eius octor arguimus. atq; coniunctura.
animi scrutari. inmsum ēē. quia arbor
in limitib; porrectar in qb libet passim
milia umbras parib; iaceat ut int ual
lis tanqm toto spatio medius. & paulo
post; certū ē. in quid solis defectū nō n
nouissima primaue fieri luna. Quā uo
cant coetū lune h nō nisi plene sep q;
extra qr pxime fuerit omib; h annus
fieri utriusq; syderū defectus statutis
diebus horisq; sub terra. Nec tam eum
supne fuit ubiq; cerni aliqndo ppt
nebulā sepius globo terre obstante.
Conuexitatib; mundi intra cc. annos.
hippa sci sagacitate compertū ē. Sed ne
gentilis tantū uiri dictis uideam con
summare capitulū. etiā ecclie doctores
quid de hoc senserint queram. Beatus
hieronimus intpretans euuangeliu sen
tenciam
qua dictum ē. in dni passione tenebras
factas sup omnem terrā. qui scripserint
in quid cont euuglm suspicant ut defectum diliquum
solis. qd uerij ē latisq; tpub; accedere sol&;
discipłos x ob impiciā sup resurrectione
dni interptatos. Cū defectus solis nuqm
nisi ortu fieri soleat. Nulli autē dubiū ē.
pasche tpre lunā fuisse plenissimam.

De effectiua lune potētia.



De effectiua lune XXVIII.
potentia. beat antistes ambro
sius in libro qrto examerou. ita cōmemo
rat; similia de lune ratione cōueniunt.
que de cōsorte ei ac fre memorauimus.
Siquidē in id se induit ministerium. in qd
& fr. ut inluminet tenebras. foueat semi
na. augeat fruct. Habet etiam pleriq;
a fre distincta. ut quē tota die calor hu
morē tre siccauerit. eundē exiguo noc
tis tpre ros reponat. Nam et ipsa luna.
larga roris adseritur. Denique cū serenior
nox ē. et luna pnox. tunc largior ros fer
tur arua pfundere, et pleriq; sub aere qui
escentes. quo magis sub lumine fuissent
lune. eo plus humoris se capite collegisse
senserunt. Unde et in canticis canticorum dic
xpc ad ecclā. qa caput meū repletū ē
rore. & crines mei guttis noctis. Tum
deinde minuitur. & auget. ut minor sit
cū resurgit noua. & cū sit minuta

cumulet. In quo grande misterium. Nam
& defectu eius compaciuntur elementa.
Et processu eius que fuerant exinanita
cumulantur. ut animantium crebra ce
rebra marinorum humida. siquidem
pleniores ostree reperiri feruntur.
multaque alia cum globo lunaris adolescere.
De arborum quoque interius. idem allegant.
qui hoc usu proprio compererunt. Hec beati
ambrosii uerba. Et iam architectorum om
nium ars & conciliatus usus adfirmat.
qui obseruandum precipue docent ut a xx. ii.
luna usque ad tricesimam. arbores
precidantur. ex quibus liburne texende.
uel publica queque sunt opera facienda.
His enim tantum viii. diebus cesa materies.
immunis seruatur a carie. Reliquis
autem diebus precisa etiam eodem anno inte
na uermium labe exesa. in puluerem uer
titur. Qui hoc quoque obseruant. ut post
solsticium estiuum. id est post mensem iulium.
& augustum usque ad kł ian materias ce
dant. His namque mensibus arescente
humore. siccatiora. & ideo forciora fi
ligna. Sed & lapis selenites in perside. poten
ciam lunaris effectus mirifice demonstrat.
qui lune continens imaginem. fulgore
candido nubiloque translucet. atque iux
ta cursum astri ipsius. uel augeri diebus
singulis perhibetur uel minui. Unde & consen

tanea basilius cesaree cappadocie re
uerentissimus antistes. in sexto exame
ron libro scribit dicens. Opinior autem
quod in animalibus creandis. ceterisque omnibus
que terra producit. non parua confertur
ex lune mutacione formacio. modo enim
laxiora eorum corpora. uacua uidentur
cum senescit. quomodo integra et repleta cum
crescit. quia humorem quendam cum calore
permixtum interius his latenter infundit.
Quod ita esse demonstrant. hi qui sub
diuo dormientes lucente luna. postquam
surrexerint inueniunt capita sua lar
gissimo rore madencia. Sed et recentes
carnes si sub luna iacuerint. fluida
mox putredine corrumpuntur. Idemque
significat pecorum cerebrum. uel etiam
uiscera marinorum animalium que sunt hu
mectiora. nec non arborum medulle. Et pau
lo post. Sed aeris motus. hisdem ipsis con
mutacionibus continetur. sicut lune nouitas
adtestatur. que ex longa plerumque serenita
te. subito nubium glomeraciones et pertur
baciones exsuscitat. equorum quoque meatus
refluus hoc indicat. uel etiam reciprocatio
fretuum que uicine habentur oceano. quos
plenilunii scematibus conmitari locorum acco
le prodiderunt. Euripi etiam in utraque
parte soliti sunt propria lenitate fluenta
conuertere. reliquo omni tempore. Cum u

luna nascitur. nullo modo possunt quiescere.
sed vehementi fervore semper exestuant.
donec luna rursus appareat. sedationem
commotis turbinibus allatura. De concor-
dia maris et lune. XXVIIII.

Maxime autem pre omnibus ammiranda
tanta oceani cum lune cursu so-
cietas. qui ad omnem eius ortum. omnemque
occasum. ipse quoque emisso sui fervoris
quod greci reuma vocant impetu.
litora late contegat. eodemque revocato
detegat. ac dulces fluminum occursus.
salsis habunde commisceat simul et accu-
mulet undis. nec mora. pretereunte luna
recedens et ipse nativam dulcedinem
infusamque relinquat. tanquam lune quibus-
dam aspirationibus invitus protrahatur.
et iterum eiusdem vi cessante in mensuram
propriam refundatur. Sed quia cum luna iuxta
quod et supra docuimus. iiii. punctorum spa-
cio. cotidie tardius oriri. tardius occi-
dere quam pridie orta est. vel occiderat solet.
ita etiam maris estus utrumque sive diurni
sit et nocturnus. seu matutinus et ves-
pertinus. eiusdem pene temporis intervallo.
tardius cotidie venire. tardius redire
non desinit. Punctus autem quinta pars
hore est. xv. enim puncti horam faciunt. Unde
fit ut quod lune in duobus suis mensibus
id est diebus lviii. quinquagies et septies

terre orbem circuit. estus oceani per tempus
idem geminata bis numero id est centies et viii.
vicibus exundet ad superiora. et totidem
vicibus sinum relabitur in alveum. quod lune
in xxviii. diebus vicies octies terre ambi-
tum lustrat. et in xii. horis que ad naturalem
usque mensis plenitudinem supersunt. dum
dum terre circuit orbem. ut que verbi
gratia. preterito mense super terram meridie. nunc
media nocte sub terra solem accendenda
consequitur. pari tamen tempore geminatis
est sui vicibus. quinquagies septies mari-
a alta tumescunt abyssis. ruptisque rursusque
infra ipsa residunt. Item luna in dimidio
mensis spacio bis in xv. noctibus ac diebus
quater decies terram circumlabitur. insuper
et dimidii terre semel. unde fit ut
orientem plena vespere teneat. quam pridem nova
vespere occidentem tenuerat. mare pridem
temporis vicies novies affluit simul
et remeat. Et sicut luna per dies xv. ut
sic dixerim naturali cursus sui tardita-
te de occidente in orientem vespertina re-
funditur. et que matutina hodie orientem
tenebat. post dies xv. matutina in oc-
cidentem videbitur. ita etiam estus oce-
ani nunc vespertinus post dies xv. fit
matutinus. et contra matutinos coti-
diano detractus impedimento vespertinus
adsurgit. Et quia luna per annum id est

menses vii suos. qui sunt dies ccc liiii.
duodecim mensib; mun. h e trecenties
quadragies et bis terre ambit orbe. est
oceani tempore eode. de lxxxiiii. mensib; sup
se terras adludit et resilit. Imitat aut
lune cursu mare. no solu commun acces
su. ac recessu. s; etiam quoda sui status
profectu defectuq; phenau. ita ut non
tardior solu que pridie. ueru et ia
maior minorue cotidie redeat estus.
Et crescentes quide malinas. decres
centes aut placuit apellare ledonas.
qui alternante g septenos. octenosue
dies successu. mensem inter se quemq;.
quadri formi sue mutacionis uarieta
te dispeunit. sepe quide aequa utrq;
sorte septenis dieb; ac dimidio cursu
co summantes. sepe ul uentis inpellen
tibus aut repellentib;. ul alia qualibet
accedente siue naturali ui cogente.
tardius citiusue uenientes. aut mi
aut plus ue solito feruientes. ita ut ali
quociens ordine turbato. malina plu
res sibi est h mse. pauciores uindiecet
in alio. Vn utrq; mot mie uesptino
nasci. ne matutino cosueuit in estu. Et
siqde estu uesptino. ul noui lunio uel
pleni lunio instante. malina nasci co
gerit. ide est. cotidie p ii. malme dies
subsequentes. fit maior et uiolentior estu

matutino. similit matutino si fuerit in luna
orta sub estu. matutinos iam maiores p dies
colligit equor a terris. porro uesptinus finib;
quos matutinus est cepat contenit. ulti
cursu extende negligit. qm uis quibda
in mensib; utrq; estus in dissimili p omia
exitu pficit. Quanto aut plus estus
maior litora terrasq; contexerit. et flu
mos ac freta copleuerit. tanto laeius
recedens. eade litora maris exaurire
atque enudare cosueuit. Vn uideat
qui potest an uerum sit qd philipo teste.
ferunt quida atq; cofirmant. illa in
mensa maris oceani effusione. p omnium
regionu ac patriarz flumos iuram.
uno puncto tpis fieri. Scim eni nos
qui diuersu britanniei maris litus inco
limus. quod ubi h equor estuare cepit.
ipsa hora aliud incipiat abestu de ferre.
Et hinc uidet quibdam. qa recedens ali
unde alio rursu unda recurrat. iteruq;
relictis quos adierat finib. pores festina
repetat. Ideoq; se ad tepus maior malina
his litorib; adiens ampli abducat. ut ali
bi ad ueniens ampli exunda refulciat.
qd ex lune cursu potest facillime. dep
hendi. Verbi gra. h mare. posita circa
brumale sol ortu ul sol sthiale ei occasu
lun cuiuq; etatis. siue sup terra seu sub
terra sit. aestu sol et attollere. ad posita

circa brumalē solis occubitū ut solsticia
lem eius exortū reflectere. Porro alii in
partib; ab ea celi plaga recessū maris. lunā
qua hic signat accessū: nō soli autē sed
& in uno eodēq; litore qui ad boreū mare
inhabitant. multo citius estū maris oēm:
qui ūo ad austrū. multo serius accipe parit̄
ac refundere solent. Seruante quib3q; in re
gionib; luna semp regulam societatis ad
mare. qđ cuiq; semel accepit. Ergo in mali
nam .v. fere ante nouā siue plenā lunā
dieb; ledonē totidē ante dimidiā sepius
incipe conpunt: ⁊ circa equinoctia. duā
maiores solito estus adsurgere. In autūni (ut hyemali)
ūo bruma ⁊ magis sol sticio. semp lunā
in aquilonia. & a terris longius recedēte:
mitiores q̄ cū in austro digressa. ppiore
nisu uim suā exerceat. estus ad fluere. na
turalis ratio cogit. Idenos enī ⁊ nouenos
annos: iuxta lunaris circuli ordinem.
& iā maris cursus. ad principia motus &
paria incrementa recurrit. xxx. · ·

De equinoctiis & solsticiis.

De equinoctiis qđ octauo kł apr
apł ⁊ viiii. kł octobriū. ⁊ de
solsticiis qđ viii. kł ianuar ⁊ viii. kł iuliar
die sint: notanda multorū ⁊ sapientiū
secli & xpianorū sententia clarat. Denīq;
plinius secūdus idē orator ⁊ philosophus.
in libro ūo naturalis historie, Sol autē in qđ

ipse. iiiior. differentias habet. bis equata noc
te diei. uerno ⁊ autumno: ~~in centrū in cen~~
~~trū~~ in centrū incidentis terre octauis in
partib; arietis ac libre. bis pmutatis spaciis.
in aestiui diei bruma. octaua in parte ca
pcorni: noctis. sol sticio totidē in partib;
cancri. Inequalitatis causa obliquitas
signiferi. cū pars equa mundi sup subterq;
terras omnib; fiat momentis. Sed que recta
in exortu suo cōsurgunt signa: longiore
tractu tenent lucē. Que ūo obliq;: ociore
transferunt spatio. Sed & hippocrates ar
chiat̄. antonino regi scribens. p anni spa
cia qualit̄ ad pcauendas inbecillitatē se
obseruare debeat: ita dicit. Itaq; exor
diū incipiam. a solsticio id ē. ab viii. kł ianuar.
ex qua die humor corporis crescit. usq;
ad equinoctiū uernū: qui sunt dies xc.
Hoc temp⁹ agit hominis flemma: ex quo
frequent̄ nascitur hominib; catarrum
& destillatio uel ⁊ punctio laterū: cali
go ⁊ tinnitus aurium: ⁊ odorare nichil pos
sunt. Tali igitur tpre utēris calidis ⁊ ila (ut laxatiuis)
saratis ⁊ obtimis cibis. piper habentibus:
& sinape, caro lauare. ⁊ caput ūo sine int̄
missione purgare. uino indulge. ueneri
nō parcas dies xlv. Proxime aut̄ seque
tes ex sup dicto die viii. kł apł. usq; ad viii.
id. mai: sunt dies. xlv. his dieb; augent̄
hominib⁹ humores dulces id ē. sanguis.

utere beneolentib; cibis & acerrimis.
Item ex die viii id. mai usq; in die viii. k.
iulii. dies xlv. his diebus crescit bilis
amara. hoc e colera rubea. Utere cibis dul
cib; uino in dulce. ueneri parce. ieiunia
minime exsequere. Item incipit temp. esti
ui ex die viii. k. iulii. Ipso momento incre
menta fellis rubei minuuntur. & colera
nigra accrescere. quod ee constat usq;
ad equinoctiu autumni. id e. usq; ad
tpra frigoris. Utere cibis dulcib; & mixti
& beneolentib; & frigidiorib; & qui uen
trem molliunt. p dies. xc. Ab equinoc
tio aut autumni qd e. ex die viii k
octob. usq; in die viii. kl. ianuar.
desinit nigra fellis amaritudo. & hu
moris crassitudo augetur. Utere cibis
calidis & acerrimis omnib; & abstinea ue
nere. & rari lauabis. Ex die sup scrip
to usq; uigiliar in ocasu. hoc e in die
vi. id. februarii. sunt dies. xlvi. in oc
casu pliadu. De hac hora hominibus
sanguis accrescit. Conuenit comede
lectissimos cibos. & indulge uino & uene
ri. dies scilicet bibin. xlvii. haec
quide gentiles. quib; no dissimilia
de tpre & ia pplures ecclie tractate
magistri. dicentes viii k apl in equi
noctio uerno. dnm conceptu & passu.
eunde in solsticio brumali viii. k. ian

natu. Item beatu precursore & baptista dni
viii. k. octobris. in equinoctio autumnali
conceptu. & in estiuo solsticio viii. k. iul
natu. ad dicta insup expositione qd auc
tore lucis eterne. cu in crescito lucis tpra
rie. concipi simul & nasci deceret. precu
renie uero pcone que oportebat minui.
cu incohata minoracione lucis. generari
pariter & concipi. Veru quod sic in rac
one paschali dudicim. equinoctiu uer
nale xii. kl. apli die. cunctoru ori
entalium sententiis. & maxime egyp
tiorum. quos calculandi ee. peritissimos
constat. specialiter anotatur. Ceteros
quoq; tres tpru articlos. putamus ali
quanto prius qm uulgaria scripta que co
tinent ee. notandos. Ut enim de equi
noctio uerno quod caput ee. memo
ratarum uni. mutacionu annaliu & mun
di origo docet breuiter loquamur. re
gula tenet ecclesiastice obseruacionis.
a niceno confirmata concilio. ut pas
che dies ab xi. k. apl usq; in viii. k. mai
inquiratur. Item catholice institucionis
regula pcepit. ut ante uernale equi
noctiu transgressu pascha no celebretur.
Qui igr viii. k. apl die. putat equinoc
ciu. necesse e. eide aut ante equinoc
tium pascha celebrari. licitu dicat.
aut ante septimu. kl apliu. die. pascha

celebrari licitum negetur. Ipsum quoque quod dominus pascha pridie quam pateretur cum discipulis fecit: aut viii. kl. aprilium die non fuisse, aut ante equinoctium fuisse confirmat. Non enim nostri tantum temporis sed etiam legalis et mosaica decernit institucio, non ante transcensum huius equinoctii diem festum paschalem esse celebrandum: sicut attestante anatholio evidenter docet philo et iosephus: sicut eorum antiquiores agathobolus et ab eo eruditus aristobolus ex paniada qui unus ex illis .lxx. senioribus fuit qui missi fuerunt a pontificibus ad ptholomeum regem hebreorum libros interpretari in grecum sermonem: quique multa ex tradicionibus moysi proponenti regi percunctantique responderunt. Ipsi ergo cum questionibus exodi exponerent: dixerunt pascha non prius esse immolandum quam equinoctium vernale transiret. Unde nos necesse est observando veritatis regulam dicamus apte et pascha ante equinoctium tenebrasque decretas non immolandum, et hoc equinoctium viii. kl. apr. die veraciter asscribendum: sicut non solum auctoritate patrum sed et horologica consideratione docemur: sed et cetera tanta temporum huius modi confirma simili ratione quot diebus ante octavum kl. sequentium esse notanda.

De dispari longitudine dierum et vario statu umbrarum. XXXI.

Proinde quidem equinoctialis dies omni mundo equalis et una est. Verum solsticiales et ceteri omnes diverse longitudinis pro racione climatum disparium sunt et umbrarum: quod libri vel christianorum vel gentilium industria editi, et testes idonei qui de utrisque partibus et borealibus scilicet et meridianis advenire luce clarius pandunt. Denique beatus ambrosius in libro quarto exameron de temporibus et discursu solis disputans ait inter cetera: Medio quoque die minor umbra quam vel in principio est diei vel in fine. Et hoc apud nos in parte occidentis; ceterum sunt qui per duos totius anni dies sine umbra fuerint in partibus orientis, eo quod solem habentes super verticem suum undique percircuitum illuminantur. Unde et asciae dicuntur grece. Ambr.

Plerique etiam ferunt sic e regione ex alto fieri solem, ut per angusta puteorum aquam que in profundo est videant refulgere. Ex his autem dicuntur in meridiano qui amfiscii vocantur: eo quod umbram ex utroque latere transmittant. Et paulo post: Sunt enim nobis que nos incolimus orbe terrarum circa meridiem positi: qui in australem plagam videantur umbram transmittere. Hoc autem fieri dicuntur summo aestu cum aquilonem sol dirigat: cui paria scribit basilius et ipse in exposicione geneseos. Sed et ipsum secularibus litteris sed non contempnendis: hipsa lacius

exsequens. ita scribit. Vas aque horosco
pi non eadem sunt usui in trecentis stadiis
aut ut longissime in quingentis mutatib;
semet umbris. solis itaq; umbilici. quem
gnomonem appellant umbra in egypto .
meridiano tempore equinoctii die. paulo
plusquam dimidiam gnomonis mensuram efficit.
In urbe romana pars. gnomonis. id est
umbra in oppido ancona superest. v. xxx.
In parte italie que uenetia appellatur. his
dem horis umbra gnomoni par fit. Ri
milib; in quod est. sup alexandriam. v. milib; sta
dium sol stitio. die medio nullam umbram
iaci. puteumq; ei experimenti gratia factum.
in luminaria. Ex quo appareret unum solem
illi loco. supra uerticem esse. quod et in india sup
flumen hypasim fieri tempore eodem. honesi
critus scribsit. Constatq; in berenice ur
be trogoditarum. iii. stadiis. iiii. dccc. xx. In
eadem ptholomaide oppido quod in margine
rubri maris. ad primos elefantorum uenatus conditum est.
hoc idem. sol stitium quadragenis quinis diebus.
totidemq; post ea fieri. et post eos xc dies in
meridiem umbras iaci. Rursus in meroe
insula hoc caput que gentis aethiopum. v.
milib; stadium. a syene in amne nilo habi
tatur. bis anno absumi umbras. sole duo
deuicesimam tauri partem et quartam decimam
leonis obtinente. In india gente oretum.
mons est malaeus nomine. iuxta quem umbre

estate in austrum. hieme ad septentrionem
iaciuntur. xv. tantum noctibus ibi apparet
septentrio. In india patalis celeberri
mo portu. sol dexter oritur. umbre in meri
diem cadunt. septentrionem ibi alexandro
morante adnotatum prima tantum parte noc
tis aspici. onesicritus dux ei scribsit .
Quibus in locis in die umbre non sint septen
trionem non conspici. et eo loca appellari
ascia. nec horas dinumerari. Ubi et tota tro
goditice umbras. bis xlv. dieb; in anno
erat hostenes in contrarium cadere prodidit.
Sic fit ut uario lucis incremento. in meroe
longissimus dies. xii horas equinoctiales.
et viii. partes unius hore colligat. Alexan
drie uero xiiii. horas. in italia xv. in brit
tannia xvii. ubi estate lucida nocte aut
dubie repromittunt. id quod cogit ratio cre
di solstitii dieb; accedente propius uertice
mundi angusto lucis ambitu subiecta
terra continuos dies habere senis mensib; noc
tesq; e diuerso ad brumam remoto quod fieri in
insula thyle pytheas massiliensis scribit.
vi. dierum nauigacione in septentrionem
a brittannia distantem. hec de longitudine dis
pari solsticialium dierum plurimis intercedo.
et iam brumalium dierumq; sit in partibus lon
gitudo sub intelligendum relinquo. Dies et
noctis utroq; tempore quod fit mensura aeque clar
reddi. quia necesse est. cuicumq; sint. longitudini

dies simul. et nox .xxiiii. horarum spatium comple
ant. Sed notandum quod hic de thyle aliter scribsit
solinus. In thyle inquit ultima. in qua estiuo
sol stitio. sole de cancri side faciente transitum.
nox nulla brumali solstitio perinde nullus dies.
Quod plinius quoque in libro septimo non preter
misit. Vltima inquiens omnium que memo
rantur thyle in qua solstitio nullas esse noctes indi
cauimus. cancri signum sole transeunte. nullusque
contra per brumam dies. Hoc quidem senis mensibus
fieri arbitrantur.

Causa inequalitatis dierum eorundem. XXXII.

Causa autem inequalitatis eorundem die
rum. terre rotunditas est. neque enim
frustra et in scripture diuine et in communium
litterarum paginis orbis terre uocatur. est enim
reuera orbis. id est in medio totius mundi po
situs. non in latitudinis solum gyro. quasi instar
scuti rotundus. sed instar potius pile undique
uersum equali rotunditate persimilis. neque
autem in tante mole magnitudinis quamuis
enorme montium uallium que distantiam quam quantum
in pyla ludrica unum digitum tantum addere
uel demere credidim. Talis ergo scematis terra
mortalibus ad inhabitandum data. solis circuitu
cuius semper in hoc mundo lucentis. certa ratione
constructionis dei alibi diem. exibet alibi
noctem relinquit. et quamuis sicut ecclesiastes
ait. oritur sol et occidit et in locum suum reuertitur
ibique renascens gyrat per meridiem. et flec
titur

ad aquilonem. Necesse est circuiens orientali
bus quibusque prius quam occidentalibus sub eadem
linea positis mane meridiem. uesperam ad du
cat. eius dem tamen longitudinis dies utrisque
toto anno sic et noctes faciat. Item necesse est
omnibus sub aquilonis et austri plaga contra
in uicem in eadem linea positis per totum anni uertentis
circuitum. uno eodemque temporis puncto. sol me
dium celi conscendat. igneus orbem. nec tamen
eodem utrisque puncto ut hora oriatur aut
occidat. Sed cum plagam austri circuiens hi
berno tempore peruehitur. eos qui meridianum
terrarum latus inhabitant cum oriens adit.
sed serius dimittit occidens. quam nos qui
ad septentrionem positi. globo terrarum obs
tante tardius eius ortum. sed citius sentimus occa
sum; ac contra idem in estiuo degens cir
culo. multo nobis qui sub eodem habitamus.
ante ortus apparet. multo diutius uidetur
occasurus. quam eis qui in meridiano terre
sinu conuersati. et prius illum eiusdem terre
obiectu. cernere uetantur. et post citius
amittere coguntur. Ideoque illi breuiores
nobis dies estate. longiores habent in
in hieme quod non de solari giro tantum
sed de stellarum quoque omnium sub diuersis
poli plagis currentium potest situ cog
nosci. Eadem terre quippe facit rotun
ditas. ut non nulla. et iam clarissima aus
tralis sydera climatis nobis numquam pareant.

contra nostra septentrionalia (sidera) illis non parua ex parte celentur. Deinque ipsos septentriones, qui nobis super verticem ascendunt, neque occidunt umquam, non cernit trogodytice neque confinis egyptus; porro ipsorum sidus proximum et diei quondam nomine cultum non solum nos brittani, sed ne italia quidem potest uidere canopum. non quod lux stellarum longinquioribus paulatim minorando subtrahitur et deficit. sed quod terre moles obposita spatium precludit aspectandi, que cuncta de monte quolibet pergrandi undique circum habitato ualent facillime probari.

Quibus in locis pares sint umbre uel quia dies. XXXIII.

Et quia super distantiam dierum solsticialium inter eos qui ad meridiem et septentrionem ab inuicem sunt remoti, plura secundum dictis ostendimus. uidetur oportunum et eadem nunc latius et consonantiam quoque dierum inter eos qui in quacumque mundi parte sub eadem ab oriente in occidentem ducente linea commemorantur eidem declarare sermonibus. Agitur in sexto naturalis historie libro de his scribens plinius: plura sunt inquit segmenta mundi, que nostri circulos appellauere, greci parallelos. Principium habet in die parsuersa ad austrum, patet usque arabiam et rubri maris accolas continet gedrosi, carmani, perse, elimaei, parthiene, aria, susiane, mesopotamia, seleucia cognominata babilonia, arabia ad petras usque, syria, coele, pelusium, egyptus inferior que cora uocatur, alexandria, africe maritima, cirenaica oppida omnia, thapsus, adrumetum, clipea, kartago, uttica, utraque hypponumidia, mauritania utraque, athlanticum mare, columne herculis. In hoc celi circumflexu equinoctii die medio, umbilicus quem gnomonem uocant vii pedes longus, umbram non amplius vii pedes longam reddit. noctis uero dieique longissima spacia xiiii horas equinoctiales habent, breuissima ex contrario x. Sequens circulus incipit ab india uergente ad occasum. uadit per medios parthos, persepolim, citima persidis, arabiam citeriorem, iudeam, libani montis accolas amplectitur. babilonem, idumeam, samariam, hierosolimam, ascalonem, iopem, cesaream, phenicem, ptholomaidam, sydonem, tyrum, berytum, botrim, tripolim, biblum, anthiochiam, laodiciam, seleuciam, cilicie maritima, cipri austrina, cretam, lylibeum in sicilia, septentrionalia africe et numidie. umbilicus equinoctio xxx v pedum umbram xxiii pedes longam facit; dies uero noxque maxima xiiii horarum equinoctialium est, accedente bis quinta parte unius hore. Tercius circulus ab indis

inaio. p ximis oritur. tendit p caspias par
tes medie. p urinea cataoniã. cappadociam.
tauru. amanu missu. ciliciaf. portas. solus
tarsu. cypru. phesidiã. pamphiliã. silen. ly
caoniam. lyciã. patharã. xanthu. caunu.
rhodu. choum. halicarnasium. gnidu. dari.
daebiu. delu. cicladas medias. ciciasmeleã
argos. laconiã. elunolimpiã. mesanã. pelo
ponesi. siracusas. catinã. siciliã. mediam.
sardiniã. austringa. cartegã. gades. gno
minis. cuncte. umbram. xxviii. unciarum
faciunt longissim dies e. equinoctialiu
horarum. viiii. tertia. Amnidie cu tricesima unius
hore. Quarto subiacent. circulo q s ab al
tero latere. imaiu. cappadocie. austrina.
galacia. misia. sardis. smyrna. sipul. ino
nis. mons. lydia. cariaionia. trallis. colo
phon. ephesus. milet. chios. simos. icarii
mareicladu. vii. te trion. athenemegara.
chorintus. ficion. achaia. patreis eium
epirus. vii. trionalia. sycilie. narbonsis.
gallie exortiua. spanie. maritima. A
ka so rtagine noua. & inde ad occasu
gnomini. xxi. pede respondent. umbre
xxi. pedu. longissim dies habet horas
xiiii. & uncias. ii. iiii hore. Quinto continetur
segmento. ab initio ortu caspii maris
baetri. hyberia. armenia. misia. fru
gia. hellis pont. troedas tenedos abios
ceppsilium. idamons. ciziceim. lãsacu

senope. amisu. eraclea. in ponte paflage
nia lemnus. inbrus thrasus. carandria.
tesalia. macedonia. larisa. amphipho
lis. thesalonice. pallaedesus. beroea. pars
alia caristu euboea. boeor. calcis delphi.
acarnania. & olia. apollonia. brundisu.
tarentu turi locri regiu. lacaiu. neapo
lis. puteoli. tuscu mare torsica. balearis.
hyspania. media gnominis. vii. pedes.
umbris. vii. magnitudo diei summa hora
rium aequinoctialiu. xv. Sexta comp
hensio q continet urbs roma. amplectitur
caspias gentes. cauca sinu. septentriona
lia. armenie. appollonia supra hindacu
nicomediã. infra eam calcidone. bizanti
um. lisimacheã. cherronesu. melanen
sinu. abderã. samotraciã mozoneam.
anubessiã. trachiã. mediã. poeoniam.
illirios. dirrachiu. canusiu. apulie. ex
tima. capania. & ruria. pisas. lunam
lucã. geniuã. liguriã. antipolim. masa
lia. narbone. terracone. hispaniam.
terraconensem. mediã. & inde plusi
aniã. gnominu pedes. viiii. umbre. viii;
longissima spacia. horarum equinoctia
lia. xv. addita non. parte unius hore.
ut nigidio placuit quinta. Septima
diuisio ab altera caspii maris ora inci
pit. uadit sup callatimbos foru borithe
nensio monstracia. aiusa triuallos.

illyrici, reliqua adriatici maris. aquilegiam altinum. venetiam. vicetiam. patavium. veronam. cremonam. ravennam. anchonam. picenum. marsos. pelignos. sabinos. umbriam. ariminum. bononiam placentiam. mediolanum. omniaque ab appennino. transque alpes galliam. aquitaniam. viennam. pyrineum. celtiberiam: umbilico xxxv. umbrae xxxvi. ut tamen in parte venetie exsequetur umbrae gnomoni. amplissimi dies horarum equinoctialium. xv. et quintarum partium horae trium.

Adiectis antiquorum exacte celebratum sequemur enim diligentissime quod super est terrarum supra dictis adsignavere segmentis. a tanai per meotim lacum. et sarmatas usque borysthenen. atque ita per dacos. partemque germaniae. gallias oceani littora amplexi. quod esset horarum xvi. alterum per hyperboreos et brittaniam horarum xvii. Postremum scythicum. a rhipheis iugis in thulen in quo dies continuarentur ut diximus. noctesque per vices. Idem et ante principia que fecimus posuere circulos duos; primum per insulam meroen. et ptholomaidem in rubro mari. ad elephantorum venatus conditam. ubi longissimus dies xii horarum esset. dimidia hora amplior. secundum per syenen aegypti euntem. qui esset horarum xiii; haec de plinii secundi scriptis excerpta. hunc nostris opusculis habeant locum.

De v circulis mundi et subterraneo solis meatu.

SANE quoniam XXXIIII. de temporibus loquentes, necesse habuimus aliquoties equinoctialis. vel solsticialis. vel brumalis. meminisse circuli. vel zone. et de his paulo latius dicendum putavimus. Solent enim philosophi inequalitatem temporum, ut circuitum solis annuum. his distinguere vocabulis. ut equinoctialem vocent zonam. vel circulum. illam celi regionem. quam sol circa equinoctia. solsticialem. quam circa solsticium. brumalem. quam in hyeme mundum circuit ambire. Circuli autem vel zone vocantur ex eo quod circuitu solis efficiuntur; e quibus equinoctialis que media est. zona equali spatio terras. super subterque circumflectitur. At solsticialis tam parvum spacium sub terris. quam brumalis agit super terras. Itemque brumalis. quae super angustior est. tantam habet amplitudinem circuitus sub terra. quantam solsticialis supra terram. Quid mirum? Sol in equinoctio tantum spatii noctu sub terris. quantum interdiu super terras exigit. Tanto utique discrimine. sub boreas partes occultatur quanto rursus iter suum deflectens ad austrum. Porro in bruma tanto sub terre inferiora. nec longe lateque circumfertur. quantum in solsticio super terre edita. longo latoque circuitu labitur. flexu; similiter estivo id est solsticiali decurrens in circulo. tam breves sub aquilonia terre loca. noctes facit degressionem. quam super meridianas eius loca. diebus hybernis breves facit ascensum; sic enim quolibet anni vertentis

gunus ad meridie. h; stelle os explero sex mensu curricto. illa celi plaga medium

nox. illa habet longitudine. q̄ an sex mensēs habuit. & p sex menses. habitura ē. die.
ita omn nocte sol tantu agit. iter sub terra.
q̄ntu an sex menses egit. & post sex menses
aucturus ē. sup terra. Tantu nu̇c noctu ad
aquilone q̄ntu tunc int diu, q̄m noctu
ana lustrando. circueunt. eunde repleto.
totide mensium tpre repetentis. solitis noc
tu insigunt excubys. tanto latiore quoq.
sub tris. q̄nto angustiore sup. Itemque
tanto breuiore sub. q̄ndo pductiorem
sup terras cursu pagentes; ita fit. ut in
anno solari arcturus. orion. & canis. si lac
teus circulus. ceteraq. multa celi. una
uice pl' terra orbeq. celi soli ipse circueat;
extra hos sane circulos solis. in duos utro
biq. circulos. septentrionale ponunt. & aus
trale; quoru septentrionalis sep nris usib;
apparens no solis si arcturi & qui circa
eam st. stellar ambitu. efficit. & q2 uici
nitate. cart solis frigid ee. no cessat;
ei similis e. australis. & ipse oblonginq
tate solis gelidus. obque terre obiectum.
nob sep absconsus. De quo itaq. in di laude
dicitur; qui facit arcturu. & oriona. & hy
adas. & interiora austri; & alibi; q̄ extendit
aqlone sup uacuu; muniunt hor & ipora;
p l' siccant s. tenent celu zone. q̄ru una continco sep
sole rubens. & torrida sep ab igne; ipsa
equinoctialis. qua qr sep sol aut p sens
aut uiminu uicinus inlustrat. hinc inde
subiecta terrar exusta flamis. & iterum
cominus uapore torrentur. q̄m circum
extreme dextra leuaq. trahunt. carule
ac glacie concrete atq. imbrib; atris. septen
trionale dicit & australe. quib' subiecta
omnia. ob solis molliorq. syderu absentia.
infestu frigore & gelu pmunt. ad erno.
teste ipso mare congelato. qd ab insula thy
le. diei uni' nauigatione distat. ad borea;
has int media q̄ due mortalib; egris mu
nere concesse. duru, sol stiuale & brumalem
significat. que inciu utriq. feruentis.
& gelidar siui. tepate. Ideoq. ambas di
cunt habitabile id e. habitatione habiles.
& nec frigoris immanitate. nec caloris mor
talium a se repellentes accessu. q̄m ins
una. solum m pbare possunt habitatam;
neq. eni ut antipodar ullaten' e fabulis
accomodand' assensus. q̄s nec aliq̄s refert
histori' uidisse se ut audisse uel legisse p er.
Si qui meridianas in partes. maris cur
solu transierunt hybernum
ita ut eo postergu relicto. transgressi
&l inopu feruorib. tepatas ult eas hinc
calore illinc frigore atq. habitabiles mor
taliu repperierunt sedes. Deniq. solertissi
mus. naturar inquisitor plini. qui no
negat terra & situ figure pinea mucis.
nichilominu undiq. incoli. Vide q̄ de his

scribens zonis dicat; Circa inquit duę tantum inter exustā & frigentib; tēperantur. Eque ipse int se n̄ p̄sime ppt incendium. sideris facillimū; sane hac zonarū dant exemplū quidā felicissimo hyemis ī frigore. ad focū oblongo scemate sese calefaciant. ubi ignis ipse quasi media zona. & pximi quoq; illi pss intangibilia sūt ob ardorē. Que ū sr longi afflāmis hinc ut inde remota. nimio frigore torpēt; porro q̄ int h utrunq; tēpata sunt. & ad calefaciendū accomoda. siue ex una siue ex utraq; ignis parte stare uoluerint. qui hunc sibi algide noctis in tenebris subdiuo. ad lucē focū que parant; q̄si circuire ignis. in modū solis possit. v. numerū circulos reddere. quū stat. lineas. v. facit. unā in medio feruidā. duas circum gelidas. totidem. int has tēpatas.

De. IIII. tēporib' elementis hele humoribus. xxxv.

ide in rubrica

Tempora sunt anni. IIII. quib; sol. p diūsa celi spacia discurrendo. subiectū tempat orbē; diuina utiq; pcurante sapientia. nō semp eisdē cōmoratur in locis; feruoris auiditate. mundanū depopuletur ornatū. s; paulatim p diūsa cōmigrās. terrenis fructib' nascendis. maturādis q; que tēpamenta custodiat. A quo tēpamento. uidet tpib; inditū nomen. ut certe q̄d quadā sui similitudine q̄litatis. ad inuicē tempata uoluntur. tēpora recte uocantur. hyemps enī in parte longius a sole remot. frigid ē. & humidus. Ver. illo sup terras redeunte. humid & calid. Aestas. illo sup feruente. calida & sicca. Autumnus. illo ad inferiora decidente. siccus & frigid. Sic que fit. ut amplexantibus singulis medio moderamine que circa se sunt. orbis instar ad inuicē cuncta concludantur. quib; eque qualitatib' disparib; quidē p se. s; alterutrū ad inuicē societate conexis. ipsa quoq; mundi elemta constat ee. distincta. Terra nāq; sicca & frigida. aqua frigida & humida. aer. humidus & calid. ignis ē. calidus & siccus. Ideoq; h autūn. v. illa hyemi. iste ueri. ille cōparatur estati. s; & homo ipse. qui a sapientib; micro cosmos id ē minor mund appellatur. eisdē q̄litatib' habet tempatū corp. imitantib; numerū singulis ei quib constat humoribus. modū tpr. quib; maxime pollet. Siquidē sanguis. qui uere crescit. humid & calidus. colera rubea q̄ estate. calida & sicca. Colera nig. q̄ autumno. sicca & frigida. Flegmata que hyeme. frigida sunt. & humida. & quidē sanguis in infantib; maxime uiget. in adolescentib' colera rubea. melan

colera in transgressoribus, id est, fel eius fece ni-
gri sanguinis admixtum; flegmata domi-
nantur in senibus. Item sanguis eos in quibus maxi-
me pollet facit hylares, letos, misericor-
des, multum ridentes et loquentes. Colera
uero rubea facit macilentos, multum tamen
comedentes, ueloces, audaces. Colera nigra
tiret iracundos, agiles, inmigrabiles, instabiles,
graues, compositos moribus, dolosos; flegma-
ta facit tardos, sonolentos, obliuiosos. Horum
autem principia temporum diuerse ponunt diuersi;
hisydorus namque hispaniensis episcopus hyemem
VIIII kalendas decembris, uer VIII kalendas martii, estatem VIIII
kalendas iunii, autumnum X kalendas septembris die habere
exortum. Greci autem et romani, quorum in huius-
modi disciplinis potior quam hispanorum auc-
toritas sequi (l. sequenda est) consueuit, hyemem VII idus nouembris,
uer VII idus februarii, estatem VII idus maii, autum-
num VII idus augusti inchoare decernunt; hye-
mis uidelicet et estatis initia uespertino
uel matutino uirgiliarum ortu occasuque
signantes; item ueris et autumni cum pliades
media fere die uel nocte oriuntur et occi-
dunt ponentes ingressum; denique in li-
bris cosmographorum autenticis ac nobi-
lissimis item eadem tempora ad lineam distinc-
ta repperimus adnotato etiam ortu uirgilia-
rum VII idus maii, occasu quoque eorundem
VII idus nouembris. Plinius secundus in libro secundo
naturalis hystorie eodem modo distinguenda
iudicauit;

Sed et homo uenerabilis sanctus anatholius in opere suo
paschali, cum de equinoctiis et solsticiis deque
horarum ac momentorum crementis subtilissime
disputasset, ita disputationem suam simul
et ipsum libellum terminauit. Hoc autem non ig-
nores, quod ista IIII quae prediximus temporum confinia
licet mensium sequentium kalendis adproximentur,
unumquodque tamen medium temporum, id est ueris
et estatis, autumni et hyemis teneat; et non
exinde temporum principia inchoantur, unde mensium
kalende initiantur; sed ita unumquodque tempus inchoan-
dum est, ut a prima die ueris tempus equinoc-
tium diuidat, et estatis VIII kalendas iulii, et autumni
VIII kalendas octobris, et hyemis similiter VIII kalendas ianuarii simi-
liter diuidat; Ubi (ut hec) autem principium dierum in lege temporum
facere initia testatur scriptura que precipit
dicens: obserua mensem nouarum frugum et uer-
num primi temporis, ut facies phase domino deo tuo,
quem secuti esse egyptii uidentur ex eo quod
eruditissimus eorum antistes proterius ait.
Illud etiam oportet adtendere quod terminum
quem primi mensis inuenimus lunaris cur-
sus XXV die mensis famenoth qui est
VII kalendas aprilis omnino esse constituunt, eo quod
tunc inicium uerni temporis ab his quibus in-
ueniure (uoluere) cum omni diligentia prefixum esse
uideatur. Vocatur autem uer, quod in eo cuncta
uernient, hoc est uirescant; estas ab estu,
qui in ea maturandis fructibus datur;
autumnus de autumnatione fructuum

qui in eo colliguntur. Porro hiemis ad eo temporibus frigoris uim praestat et sterilitas; et haec quidem nostris partibus temporum uocabula congruunt. Verum in Indos ubi alia caeli facies, alii sunt ortus siderum, binas aestates in anno, binos habere perhibent menses, media inter illas hieme etesiarum flatu; nostra uero (s. tempore) brumali lenes ibi auras et mare nauigabile narrant; sed Aegyptus nostra hieme media maxime campos herbis floreos et siluas fertur habere pomis onustas. De annis naturalibus. xxx. vi. aw aw.

Annus ab innouando cuncta quae naturali ordine transierant, uel a circuitu temporis nomen accepit. Nam ueteres annum pro circuitu ponere solebant, ut Cato dicit in originibus oratorum, annum circuitum, id est circum terminum, et ambire dicitur pro circuire. Est autem annus lunaris et solaris et erraticus diversarum stellarum et omnium planetarum simul, quem magnum specialiter nuncupant. Sed lunaris annus quadrifarie accipitur. Primus namque cum luna xxvii diebus et viii horis, plus minus, zodiacum percurrens ad id signum ex quo egressa est redit; secundus duobus diebus iiii oris [illegible] prolixior, quem consuete mensis appellatur, cum solem a quo noua degressa est, xxviiii diebus et xii horis exactis iam defecta repetit. Tertius qui xii mensibus huiusmodi, id est diebus ccclIIII explentur, uocatur communis, eo quod duos saepissime tales pariter currant. Quartus qui embolismus graece dicitur, id est superaugmentum, et habet xiii menses, id est dies ccclxxxiiii, qui utique apud Hebraeos a principio mensis paschalis incipit ibidemque finitur.

in secdi tpra. msis. pasche differenda sol
lemnia. Mir calculandi pceptor. q prin
cipalit doceas lunā viii. non mar natā.
efficere pmi mensis initiū. rursū ratio
ne ipsa supat. cōpellaris fateri nisi int
ueniente bissexto nullatenus hāc natā.
sed potius eā. q post un. xxx. dies fuerit
accensa. paschalibus festis cōgruā. si uero
ad fuerit bissext. tūc effici lunā seque
tis anni pmā. que absq. illo fieri poterat
extrem transacti. Et quid ē. qd ais etiā
si luñ conueniat viij. k. ap. nusq pascha
celebrandū. etiā. si. xvi. luñ. puenerit.
Errant pfecto latini q lunā paschalē. iij.
nonas mar. inchoare decernunt. in q.
xvi. uel xvii. eo qd equinoctiū. nō tunc

penit inueniri. Quomō enī potest luna conue
nire. paschalibus sollempniis. ubi nūquam sunt
celebranda paschalia sollempnia. i. si nunquam
xiiij k. apl pascha celebrandum.

uicesimā secdam. diē

Victorius
aquitanicus

erit. nõ hic; pascha fieri; & merito illo
rum cõtempta obseruatione. cum
egyptus poi eo anno in .viii. kł mai
pascha differendũ suades. Si autẽ ma
gis obseruandũ q̃d egyptii docent au
tumas. quare nõ illorũ p omia scienti
am sectaris? Verũ quia hoc facere nõ
uis. s; int̃ utrosq; medii incedens magis la
tinorũ quos sumpsas. q̃m egyptiorũ quos p
fers. calculũ tuũ legendũ. sequendũq;
contra dis. nos egyptiã calculandi discipli
nam. que & nro iudicio & uniu'sal' ecclię
cõsensu uerior apparet. omib; sequẽdam
nouim'. Initiũ uidelic; p̃mi m̃sis. ab .viii.
iduũ marciarũ. usq; in nonũ ap̃lis diẽ. Q̃r
tas decimas ũ lunis. pasche. a .xii. kł ap. usq;
.xiiii.mo kł mai. porro diẽ pasche dnicũ ab
.xi. kł ap. usq; in .vii. kł mai. & hec luna
a .xv. usq; ad .xxi. ẽẽ querendũ. Verum.
ne nos amatores mendorũ tenere illi ad
gressos ẽẽ lacerent. librũ legant doctissimi
& scitissimi uiri uictoris uidelicet capuani
epi de pascha. q̃d .xv. kł mai. putabat cele
brari debere. indictione .viii. nouies p̃c
basilii & q̃ntũ a prudentib; & catholicis
ecclię doctorib' estimatus sit suus ma
gister inueniens. cui principiũ libri est.
Cum paschal' ueneranda sollemnitas; qui
nam die potissimũ pueniret p annũ.
p̃sentis indictione .viii. a nob' sollicite

Victoris capuani eps.

quereret. iuxta patrũ uenerabiliũ cõstitu
ta .viii. kł. maiarũ dicerem resurrectionẽ
dnĩ. p cul dubio celebrandã. Ab aliquib; in
minime racionabilis uisa ẽ. mea responsio.
eo q̃d in ciclo uictorii quidã in circulo paschali
quẽ edidit. aliũ diẽ dnĩce resurrectionis
ad fixerit. Licet ut hunc designauerit.
quẽ nos celebrandũ parit p fitem; in
processu opis. Sed nũc in q̃d ordo expetit.
ut ciclorũ q̃s uictorius edidit. pateat factã
euidenter errorẽ. q̃ nescit legitimũ diẽ
definire paschalẽ. ut eũ in p̃teritis osten
sus sim fuerit deliq̃sse. in p̃sentib' ac fu
turis. & auctoritate careat. & occasione
p̃ue p̃suasionis amittat. L II. Argu
mentũ q̃t sint epacte lunaris.

Si autẽ uis cognoscere p annos sin
gulos q̃t sint epacte. sume annos
dñi q̃ fuerint. ut puta. in p̃senti decima
indictione. dccc.ii. hos partire p .xviiii.;
decies nouies q̃dragen bini fiunt. dcc.xcviii.
remanent .iiii. hos iterũ multiplica p .xi.
fiunt .xliiii. tolle .xxx. remanet .xiiii.
tot sunt epacte id ẽ. adiectiones lunares.

L III. De epactis solis.

Quarto decẽnouenalis circuli tra
cante. designant epacte solis. id ẽ.
cõcurrentes septimane dies uni semp
terminis p annos duos. aut p annũ bis
sextilẽ usq; ad septimũ numerũ adiec

cione crescente. Quarum circulus habet annos quater septenos. id est .xxviii. quem numerum non ante potest consummari quam bissextus, quem quarto decimo redire solet anno, cunctos septimane dies contingat. dominicum videlicet et sextam feriam. quartam feriam. secundam feriam. sabbatum. quintam feriam. tertiam feriam. hec enim illo ordine percurrit. Cuique singuli anni dies habet concurrentes. Hec que in circulo ad fixe concurrentes specialiter que sit .vi. nono kalendarum aprilium feria designant. videlicet ut proprie festivitatis paschalis exordio posita. facilius mediem epactarum ut .xiiii. lune quota sit feria pandant. ac per hoc ad paschalis inventionem diei dominici planum faciant iter. Contingit autem eadem concurrentium annua dies. quod calculatorem meminisse iuvat. et iam .x. kalendas aprilis. vii. idus aprilis. xviii. kalendas mai. ac .xxi. kalendas earundem, cuius circuli talis est cursus. ut quecumque bissextili anno sint concurrentes. ipse vi. anni quinquennium fuerint. et post sex annos future sint. Que primo post bissextum anno sunt. eedem .xi. ante annos .xi. transierunt. et post .vi. redeunt. Que secundo post bissextum. eedem .vi. ante sex annos ierunt. et post .xi. remeant. Que tertio post bissextum. ipse et ante .vi. annos preterierant. et post quinque revertuntur. Hinc huius ordo discretionis. cunctos annorum vertentium completur dies. Notandum sane quod huius gyri solaris qui .xxviii. annis peragitur causa facit decem novenalis circulos .xxviii. debere complere. priusquam idem pomta. paschalis observantie cursus ursus ipsius redeat. ut omnis numerus huius circuli annis, caput circuli xviiii-lis. [ce novenat] insti tuat. Itemque annus quisque circuli xviiii-lis. [ce novenit] huius caput adsequatur. ac per hoc tota paschalis observantie series. non nisi quingentis .xxx. duobus annis expletur. **LIIII. Argumentum quot sit epacte solis et quando bissextus** **annus.**

Quod non communis atque indiscrete epactarum id est adiectionum solis cum bissexto cursus est. amborum pariter quis sit status argumento condisce. Si vis scire quando bissextus dies sit. sume annos domini .dcc. ii. partire hos per .iiii. et si nichil remanserit bissextus est. si vero .i. aut .ii. vel .iii. remanserint. primus aut secundus aut .iii. est annus a bissexto, ut puta. quater ducenteni. dccc. remanent duo. secundus est annus a bissexto. Si vis nosse adiectiones solis. id est concurrentes septimane dies. sume annos ab incarnatione domini quot fuerunt. ut puta. dccc. ii. per indictione decimam. et annorum qui fuerunt quartam partem semper adice. id est .nunc. cc. fiunt simul mille .ii. his adde .iiii. fiunt mille .vi. hos partire per .vii. septies centeni. dcc. remanent ccc .vi. septies quadrageni. cclxxx. remanent .xxvi. septies terni .xxi. remanent .v. tot sunt epacte solis. id est concurrentes septimane dies.

LV. De reditu et computo articulari utrarumque epactarum.

xx — xxx — xxx — x.

Verum quia facillime diem paschę uel ceteros temporum recursus comprehendit qui solis et lunę circulum memoriter tenet, excepto eo quod eosdem circulos per xx et viiii et per xx et viii multiplicandos, partiendosque nouit, omnis calculator meminisse debet. easdem concurrentes solis xx ab hinc anno qui est in proximo secuturas. easdem lx quis in quarto, easdem xc quis in vi, easdem cxx quis in viii, easdem clx quis in x, et cetera in hunc modum esse redituras. Quocumque enim numerum annorum temporis saeculi concurrentes scire desideras, eundem numerum unde quotiens habet xxx tricesima parte geminata concordiam uertentium cognoscis. Annorum uerbi gratia ccc decies habent xxx, et propterea eædem concurrentes ccc anno que in eo sunt futuræ, si quid residuum fuerit, illi adicies eodem modo. Ut iam in preterita tempora concurrentium ordo respicit. Item quia circulus lunaris decemnouenalis est presentis anni epactę xx anno redeunt sequentis ab hinc quadragesimo tertio. lx quarto. lxxx quinto est. sexto est xx septimo. cxl octauo. clx nono. clxxx decimo. cc. et cetera similiter quod et de luna viiii paschę ceterisque qui xviiii est nouenali circulo includuntur eque sentiendum est. Poterit diligens calculator hinc etiam plxiores sibi temporum sequentium annotare cursus. quibus sex meminerit etiam preterita xiii congruere statim. Memoratu autem dignum uidetur quod quidam compendium calculandi utriusque ordinem circuli solaris uidelicet et lunaris tam ferunt in articulos; namque manus humana articulos habet ad unitatis ungibus xx et viiii singulis hos singulos aptantes annos. lunarem cursum in leua manu intrinsecus a radice pollicis incipiunt et in unguem minimi digiti intrinsecus eundem consummant. Item quia manus binę articulos exceptis unguibus habent xx et viii, hos singulos ~~aptantes~~ annos singulis aptantes inchoantes a minimo leuę digito et in dextre pollice complentes, non ut in lunari cyclo singulos ex ordine digitos expedientes ad numerum, sed ob rationem quadrantis, per quam ternos transuersum digitos quadriennium omne signantes. ita ut minimorum bisterni ~~ar|~~ ~~ticuli~~ articuli digitorum totidem bissextiles contineant annos. Item proximorum a minimis bisterni articuli digitorum proximo ab his ternis bissextis annos totidem expleant. secundi similiter secundos et tertii digiti tertios. totidem annos eque ratione complectantur; porro septem bissextilis cum tribus sequentibus annos bis binos sibi pollicum uindicet articulos. Hoc [...] sine alio quisque sibi calculator ordinare uoluerit in [...] mobilibus omnis circuli utriusque sideris

libenter capient manus. Sed innumera
bus ex disciplinae sicut et ceterarum artium
lus. unius vocis alloquio. quintili signatus
traduntur officio. **L VI. De ciclo lunari.**

Quinta circuli decemnovenalis regione lu- F. iiii.
naris ciclus includitur. a quarto eius
incipiens. et in iii. completur in anno. quod propter F. v.
romanorum est. et ad mensem ianuarii pertinens.
Nam sicut annus quisque decemnovenalis circuli propter F. vi.
propter legalem ebreorum observationem, a pascha-
li mense inchoat, ibidemque finitur, ita iuxta
romanorum institutionem. a kalendis ianuarii F. vii.
mensis inchoat. atque ibi desinit. sic ille.
sic et iste. primum et secundum. communes annos. F. viii.
tercium habet embolismum. quartum et v. communes
vi. embolismum. vii. communem. viii. embolismum. Endeca- F. viiii.
que cycli lunaris, instar decemnovenalis circuli
vii. annos communes iiii. embolismos habent. communes F. x.
nes annum, menses lunares. xii. id est. dies.
cccliiii. Embolismi autem, menses. xiii. dies in
delicet ccclxxxiiii. praeter unum dumtaxat F. xi.
septimum decimum cycli huius annum, qui est
decemnovenalis primus, in quo unus dies, racione F. xii.
saltus lunaris intercipitur. Quod ut in
manifestius fiat, singulorum ex ordine cursus F. xiii.
videamus annorum, iuxta quod dionisius in mense
paschali. nos a ianuario facere curemus. F. xiiii.
F. i. Anno lunari primo xviiii. quarto a kl. ian.
usque in viii. kl. ian. quia communis est. fiunt F. xv.
ii. dies cccliiii. Anno lunari ii. decemnovenali.

xv. a xii. kl. ian. usque in v. id. decemb. quia commu-
[iii] nis est. fiunt dies cccliiii. Anno lunari iii. decem-
novenali vi. a iiii. id. decemb. usque in v. kl. ian. quia
embolismus est. fiunt dies ccclxxxiiii.
Anno lunari iiii. x. vii. a iiii. kl. ian. usque in
xvi. kl. ian. quia communis est. fiunt dies
cccliiii. Anno lunari v. xviiii. viii. a
xv. kl. ian. usque in viii. id. decemb. quia co-
mmunis est. fiunt dies cccl [illegible] iiii. Anno
lunari vi. xviiii. viiii. a viii. id. decemb. usque
in viii. kl. ian. quia embolismus est. fiunt dies cccliiii.
Anno lunari vii. xviiii. x. a vii. kl. ian. usque in
xviiii. kl. ian. quia communis est. fiunt dies cccliiii.
Anno lunari viii. xviiii. xi. ab viii. kl. ian.
usque in iiii. nonas ian. quia embolismus est.
fiunt dies ccclxxxiiii. Anno lunari viiii.
xviiii. xii. a iii. non. ian. usque in vi. kl. ian.
quia communis est. fiunt dies cccliiii. Anno lunari
x. xviiii. xiii. ab vi. kl. ian. usque in iiii. id.
decemb. quia communis est. fiunt dies cccliiii.
Anno lunari xi. xviiii. xiiii. a iii. id. decemb. usque
in iii. kl. ian. quia embolismus est. fiunt dies ccclxxxiiii.
Anno lunari xii. xviiii. xv. a ii. kl. ian. usque
in xviii. kl. ian. quia communis est. fiunt dies cccliiii.
Anno lunari xiii. xviiii. xvi. a xviii. kl. ian.
usque id. decemb. quia communis est. fiunt dies cccliiii.
Anno lunari xiiii. xviiii. xvii. a v. id. decemb.
usque in vi. kl. ian. quia embolismus est. fiunt dies
ccclxxxiiii. Anno lunari xv. xviiii. xviii.
a v. kl. ian. usque in xvii. kl. ian. quia communis est.
fiunt dies ccc. liiii.

ſxvi. Anno lun̄ xvi. xviiii. xviiii. a xv. kł ian usq;
in nonas decb̄ q̄ͣ com̄ ē. fiunt dies ccclini.
ſxvii. Anno lun̄. xvii. xviiii. primo. a nonis decb̄
usq; in v. kł ian̄ q̄ͣ embł ē. fiunt dies ccc
ſxviii. lxxx.iiii. Anno lun̄ xviii. xviiii. ii. a viiii.
kł ian̄. usq; in. iiii. id decb̄ q̄ͣ com̄ ē. fiunt
ſxviiii. dies. cccliiii. Anno lun̄ xviiii. xviiii. iii.
ab id. decb̄ usq; in. ii. kł ian̄. quia embł ē.
fiunt dies. ccclxxxiiii. Idcirco aut̄ sep
timi decimi lunaris anni compot⁹. ab ipso
quo prior expletus ē. anni die incipit.
& non a sequente ut ceterorum. ne ꝑpt̄ sal
tū lune quē dicunt. unus eidē anno diē
decē. uideatur. quod ipsū dionisius decē
nouenalē cyclū. huiusmodi ordinē ꝑcur
rens edocuit. ab eodē die quo ultimum cō
clusit anni metas. primi inchoando prin
cipium. Argumentū de eo quota sit
luna in kł ianuarii. ſ L. vii.

Potest qui uult a cyclo lunari fa
cere argumentū. ad inueniendū
quota sit lun̄ kł ianuariarum. sume enim
cyclū lune quē libet. ut puta quintum.
multiplica ꝑ xi. fiunt. lv. adde unum
sēp regularē. fiunt. lvi. partire ꝑ xxx.
remanent xxvi. uicesimꝰ sexta ē. luna
in kł ian. anno. v. cycli lunaris. Itē su
me octo. multiplica ꝑ xi. fiunt lxxxviii.
adde uni regularē. i partire ꝑ xxx. re
manent xxviiii. uicesimꝰ non̄ ē. in kł

sup scriptas anno cycli lunaris octauo. tam
memor esto. vii. x. octauo decimo. nono
decimo cycli memorati anno. nō unum
ut in ceteris sed duos adicere regulares. &
luna kł ianuariarum sine errore reppe
ries. Item argumentū quot⁹ sit annus
cicli lunaris ut. xviiii. ſ L viii.

Ipse aut̄ cyclus lune. si uis nosse quotum
agat annū. sume annos dn̄i. ut puta
dccc. iiii. i subtrahe sēp duo. remanet
dccci. hos partire. ꝑ xviiii. remanet iii.
tercius annus ē. cycli lunaris. quociens aut̄
nichil remanet. non x. ē. neq; xviiii
circulus. commune cū lunari iam q̄uis
ocior currit. si uis scire et quot sit an.
sume annos dn̄i ut puta dccciii. i unū
sēp adice. fiunt dccciiii. hos partire ꝑ x.
& viiii. i remanent. vi. sext ē. annus
cycli xviiii. q̄d si nichil remanserit.
ultimus ē. De. xiiii. luna pasche.

Sextꝰ sepe dicti circuli ſ L viiii.
locus. amplectitur lunas xiiii. primi
mensis. q̄ paschat dn̄ice diē. singulis
annis absq; omni ambiguitate demonstrat.
Nam post dn̄ica dies occurrit. ipsa ē.
paschat dn̄ice resurrectionis dies. hic
quidē xiiii. lun̄. primi in equinoctio idē.
xii. kł aprilium. ultimo. xv. viiii. ab hinc
die. xiiii. kł maiarum sui uesꝑe ꝑcessū
terris ostendit. quib; annus ꝑ annos

denos et nouenos legali tempore paschalis
obseruantie discursus constat esse conprehen
sos. Quod si fieri potest ut in eadem omnibus annis
sabbati dies lune XIIII. contigisset, nil in re pa
schalis obseruantie tempus a legali discrepa
ret. Nam et ipsi iuxta legis edicta semper XIIII.
luna primi mensis ad uesperam immolantes et
comedentes agni immaculati carnem, san
guinem quoque illius ad repellendum exterminatorem
in eius postibus aspergentes, id est baptismi et pascha
lium celebrantes solemnia misteriorum, spiritalem
superarent Egyptum. Atque illucescente mane
in luna XV. mensis eiusdem, primum azimorum diem
intrarent, septemque dies celebritatis eiusdem legi
timos a mane quinta decima die usque in uesperam
uicesimum primi mensis ipsius, a dominico pasche
usque in dominicum octauarum pasche debita cum
ueneratione complerent. Sed quoniam lune dies ea
dem diuersis septimanis deuoluuntur in ferias,
unde fit ut qui post resurrectionem nostri re
demptoris in dominicum diem pasche initium reser
uare docemur. Aliquotiens nostra festiuitas
et post legalium azimorum exordium sumat
ingressum. Non tamen unquam contingat ut
non omnia sollempnitas paschalis aliquem lega
lium pasche dierum. sepe autem omnis intra se
complectatur. At contra hi qui dominicum
pasche diem a XV. luna usque ad XXI. cele
brandum estimant, duplici miseria la
borant, quia et legitimum pasche principium

numquam habeant, et crebro eueniat ut nul
lum dierum qui lege prescripti sunt in sua
paschali obseruatione consequantur, dum et
uesperam quarti decimi diei qua pascha in
ciari statutum est, et mane quinti decimi
quo septem azimorum dierum solemnitas incho
ari precepta, a sua prorsus festiuitate
~~moysen nec semel appellat~~ repudiant.
Atque insuper in huius poenam peccati incesi
mi secundum diem, qui in tota paschali insti
tutione per moysen nec semel appellatur
inueniunt. frequenter in sui pasche prin
cipium sanciri percipiunt. Sunt quidam alte
ram partem a uia ueritatis, sed non minore
labantur errore, cum scriptura precipiat in uia
regia gradiendum, et neque ad dexteram neque
ad sinistram ab ea diuertendum. qui a XIIII luna
usque ad XX. dominicum pasche obseruandum
decernendo, preoccupant sepius initium
pasche legalis. dum quod ipsa in XIIII. luna
fieri statuit, illi in XIII. conuertunt, et quod de
XXI. statuit, secundam eam, et celeberrimam con
secrarunt, quasi hec ad pascha minime per
tineat, funditus contempnunt. Quos item alios
fidei et actionis catholice defensores, etiam
beatus theophilus alexandrine antistes
ecclesie, manifesta ratione deuincit, scri
bens imperatori teodosio maiori. Sed quia
accidere inquit ut dum solet, ut occasione
XIIII. lune mensis primi, ~~mensis in errorem~~

non nulli in errorem cadant. si .xiiii. ipsa luna in dominicum diem ueniat. quo facto, necesse est iam ieiunium solui sabbati die quando .xiiii. luna uenire monstratur. id est incipimus legi contraria facere. Conuenit itaque diligenter aduertere, ut quociens .xiiii. luna. in dominicum incurrit diem. paschalem diem in septimana sequentem differamus. duplici ratione. primum quidem ne .xiiii. luna inueniente sabbati die soluamus ieiunium. quod consequens non est. quod nec ipsa lex precipit. maxime cum et lumen ipsius lune inperfectum adhuc in ipso globo esse uideatur. deinde ne dominica die lune .xiiii. constituta ieiunare conemur. indecentem rem inlicitamque facientes, hoc enim manicheorum recte consuetudo possidet. quia igitur nec .xiiii. luna ueniente in dominicum diem ieiunare debemus. neque consequens est. ut si in sabbati die .xiiii. eueniat. soluamus ieiunium. necessario asserimus hoc in septimana sequente debere differri. sicut paulo superius comprehendimus. tamen ex hac dilatione. preuaricatione aliqua circa paschalem calculum perpetrata, quemadmodum enim decennouenalis numerus compleatur nouum. sic et quociens .xiiii. luna in dominicum incurrerit diem. eo quod in eo ieiunare non liceat. in proximam septimanam differri necesse est. diem pasche. Nulla enim ex his inminutio fieri pasche uidetur. quia ipsi sequentes dies. compleantur in reliquos.

Argumentum inueniendi eam. Cap. LX.

Oportet autem calculatorem quemque peritum .xiiii. lunas primi mensis sicut epactas lune annuas retinere memoriter. uel si quis has quoque argumento inuenire desiderat. uideat quot sint epacte lunares. anni cuiuscumque computare uoluerit. Et si quidem .xiiii. aut .xxv. fuerint. vi. kalendas aprilis. uel .vii. kalendas earundem die .xiiii. lunam uenire cognoscat. quia nimirum .xi. kalendas superscriptarum sicut sepe dictum est. aprilis est omnium locus epactarum. sin autem pauciores sunt epacte. dimittet eas crescere per dies usque dum quartum decimum numerum impleant. et ibi se lunam pasche .xiiii. habere non dubitet. Porro plures quam denario numero si habuerit epactas. has usque ad tricesimum numerum id est ipsius terminum mensis dies crescere sinat. et sic nouam lunam inchoans. usque ad .xiiii. ex ordine percurrens. diem uotis paschalibus aptum rite reperiat. Sed et illud notandum. quod .xiiii. luna si communis est annus .xi. diebus prius. sin embolismus .xviii. tardius quam precedente anno transierat semper redire consueuit. excepto uno dumtaxat primo circuli decemnouennalis anno, in quo propter rationem saltus lunaris .xii. diebus anno tantum cursum percurrere solet.

De die septimo dominico pasche. Cap. LXI.

Septimo decemnouenalis circuli titulo dies pasche

dominicus cōphendit. q de dnica nri sal
uatoris resurrectiōe amortuis. exordium
cepit. Nam cū in ueteri testamto trib; ar
gumentoꝝ indicus. paschale temp sit ob
seruari pceptū. uidelicet ut post equinoc
tium. ut mense pmo. ut tercia ei septim
na. idē. uespa viiii. lune qđ ē. incipiē xv.
usq in uespū idē. tinimū xxi. celebretur.
Quarta in eidē obseruaciōe. regla ē. nobis
atēpore dnice resurrectiōis imposita.
ut cū equinoctio transcensu. luna pmi
mensis. xiiii. uespe oīum facere iubetur.
nō statim ad faciendū pascha psiliam.
s; dnicū diē. q ipse pas[...]britatis ei[...]cha idē.
de morte ad uitā. de [...]tiei. usq in[...] corrup
cione ad incorrupciōem [...] de pena
ad glam resurgendo facere dignat;
expectantes. in ipso tandē congrua pas
che sollemnia celebrem. Quod siquis obie
cerit. nō equinoctii memoriā. sed tantū
pmi mensis. et tercie in eo septimane po
suisse legiferū. sciat qđ si et equinoctiū
nominatim nō expmit. in lr̄a tam ipso.
qđ a plenilunio pmi mensis pascha fa
ciendū pcepit. equinoctii transcensum
plenaria racione depmit. Quin absque
ulla dubietate constat eā q primū luna
tu equinoctio plenū sui globū osten
derit. pmi mensis existere lunā. quoci
es g dnicū diē in quadragesima xv. lune
habem. in nrm temp paschale. a legali
dissonat. q uis alius sacramentoꝝ gene
ribus. eiusdē pasche sollemnia colim.
q cies u scđo ut. iii. ut. iiii. ut v. ut vi.
ut vii. ab hinc die. idē dominice occur
rit. nec siquidē legē aut pphas solum.
sed euangelice pocius grē sacramenta
ad implemus. qđ eni saluator nr sic
theophilus cuius sup meminim. uene
rabilis alexandrie epc scribit. xiiii.
quidē est tradit luna. h ē. quinta
sabbati. xv. aut crucifix. die tercio re
surrexit. hoc ē. xvii. q tunc in domini
ca die uidet inuenta. sicuti ex euuan
gelistaꝝ obseruancie conpim. Habem
g solaciū. q recte face pascha possim.
et iā si dilacio fuerit consecuta. ppt
incurrente necessitate. ut si xiiii. pmi mensis
in sabbato euenerit lun. aut si in aliis
ante sabbatū dieb; septimane sequētis
acciderit. sine dubitatiōe pascha cele
bremus. Si u in dnicū inciderit. omnino
in septimanā sequente ut sepe dictū ē.
differam. ppt eas qs pfati sumus causas.
Insg demonstratis atq pate factis. hoc
et iā considerandū ē. qđ lex frequent
causa necessitatis. eos qui constrictione
qpus quadā non poterunt in pximo
mense pascha celebrare. Scđo idē fa
cere pcepit. melius eni ē. in necessitate

positis. superiora quam inferiora sectari.
Quia inferiora superioribus continentur. superio
ra autem ab inferioribus nullo modo concluduntur.
Illud uero quod iam posuimus declarantes.
quod x. numerus nonum intra se contineat.
nonus autem decimum continere non possit. Id
sileo ad secundum mensem transire nos precepit.
si non possimus secundum pascha primo mense ce
lebrare. propter quasdam necessitates. non intel
ligo quare viii. si non in dominicum diem incur
rerit luna. in septimanam sequentem raci
onabiliter dilacionem paschalis facere debeamus.
manente in primo mense .xv. luna. in qua
saluator crucifixus est. manente et ia .xvii.
quando postriduum resurrexit. Ubi autem
primum dominicus resurrectionis x. dies fuerit.
uarie refertur. Et quidem ut supra memora
uimus. quidam viii. kal. aprilis. quidam alii vi. non
nulli v. kal. earundem die fuisse asseuerant.
Ubi notandum quod si viii. kal. memorata
ut antiquiores scribsere resurrectio domini
facta est. quinto profecto ciclo decennouennali tunc
agebatur annus. habens concurrentes .vii.
et lunam xviii. sic semper vi kal. aprilis. Si autem
vi. kal. aprilis dominus resurrexit. iii. x. circuli prefa
ti annus extitit. v. habens concurrentes.
et lunam xviii. semper viii. kal. aprilis. Porro
si v. kal. aprilis supra scribtam resurrectio cele
brata est. x. secundus circuli decennouennalis. extitit
annus. concurrentes habebat. iii. et lunam

xviii. sic semper viii. kal. aprilis. Que cunctarum
lune nona die dominico. prima sacrosancte resur
rectionis sunt acta misteria. cursu pandun
tur. indubio. tamen diligentissime cauendum.
ne hanc xvi. lunam ut quidam patrata confir
mando. non solum inevitabile nostre calculati
onis dispendium. sed et grauissimum catholice
fidei incurramus periculum. LXVI. De luna

Ultima sepe dicti circuli ipsius diei.
meta. panduntur lune dominice pasche
propter uarietatem eiusdem dominici occursum. vii.
dierum ambitu includere. idest. a xv. usque
ad xxi. qui profecto dies celeberrime legis
sunt adnotacione prescripti. dicente domino.
primo mense xiiii. die mensis comedetis azi
ma usque ad uicesimam primam eiusdem mensis
ad uesperam. vii. diebus fermentatum non inue
nietur in domibus uestris. Cuius primi mensis
septeque eius. dierum armonia nunc regula
talis est. ut quia post equinoctium xv. luna oc
currerit. primi mensis intelligatur. et hec
quecunque vii. dierum ad uicesimam primam.
dominicum acceperit. paschalis festi gaudium
apta porrigat. quod ideo tociens repeto. quia
fuere quidam qui dominicum pasche diem. uerbi
gratia. v. kal. aprilis die. luna xv. notantes
dicerent. et quid peccare nos ostenderunt
in constituendo tempore pasche. cum nullus umquam calculator
uetuerit. v. kal. aprilis pascha celebrari. omnibus
eque confitentibus tunc equinoctium esse.

transcessiunt, nullus negaverit lunam XXII paschali dominico aptam. Quibus respondendum quia XII kal. ap. ubi luna XIIII congruerit vel luna XXI, ubi dies oportunus adriserit, dominicum pascha rite aequabitur. Si qui a luna XII kal. ap. luna XVI, X kal. ap. luna XVII, VIIII kal. ap. luna XVIII, VIII kal. ap. luna XVIIII, VII kal. ap. luna XX, VI kal. ap. luna XXI, V kal. ap. luna XXII pascha faciendum decernunt, quod eo saepius anno faciunt cum IIII kal. ian. luna XXX, cum vero hanc ibi XXVII habuerint, tam longe a veritate deviant, quam nimirum primo mensi deputant lunam quae iam non martii nata triduo fere ante aequinoctium plena existere monstratur, et quia XV, XVI et XVII die paschae dominicum facere non valet, eo quod has aetates VIIII, VIII et VII kal. ap. die tenuerint, profecto nec reliquas suas aetates quas aequinoctium sequentes omnes eidem dominicae resurrectionis convenienter potest habere sollemnes.

Die XXa est plenilunium ante aequinoctium habuit, non licet luna existente XXa VII kal. ap. dominicum paschae diem celebrari, quae vero in aequinoctio vel post aequinoctium plena est, mox ubi dominicus aderit dies, pascha legitimum dabit. Idem error est, eadem est responsio. Commemorant enim calculatores XI kal. aprilis.

LXIII.

Quid inter pascha et azyma distat.

Et quoniam de paschae observatione aliquanta perstrinximus, etiam hoc intimare placuit, quod iuxta legis scripturam alia paschae, alia sollemnitas est azymorum. Una quippe dies paschae id est transitus est, quarta decima videlicet primi mensis in qua vespera ascendente agnus immolari iussus est, et mox sequenti nocte transivit dominus Aegyptiorum primogenita percutiens, et signatas agni sanguine domos filiorum Israhel liberans. Sequentes vero dies VII, id est a XV usque XXI mensis eiusdem, azymorum proprie vocantur. Scribitur namque est in Exodo, ubi agnum immolari XIIII die primi mensis ad vesperam mandaverat: Et comedetis festinantes, est enim phase id est transitus domini, et transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Aegypti. Et paulo post: Et cum dixerint vobis filii vestri, quae est ista religio, dicetis, victima transitus domini est, quando transivit per domos filiorum Israhel in Aegypto, percutiens Aegyptios, et domos nostras liberans. Item in Levitico: Mense primo in quarta decima die mensis ad vesperam phase domini est, et quinta decima die mensis huius sollemnitas azymorum domini est. Septem diebus azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus sanctusque, omne opus servile non facietis in eo, sed offeretis sacrificium in igne domino septem diebus. Et ne nos quispiam verba legis aliter quam veritas habet intellexisse autumet, videat doctissimum legalium litterarum et sacerdos qui de his sentiat Iosephus scribens in libro antiquitatum in hunc modum: XIIII luna primi mensis agnum immolatur, XV autem succedit festivitas azymorum quae VII diebus celebratur. Secundo vero azymorum die est XVI primitias quas metent frugum offerunt, quae legalium more sacrorum etiam nunc ecclesiae consuetudo non ignobiliter

no[n] mutat[ur]. una[m] videlic[et] noct[em] transit[us] dominici id e[st] resurrectionis ei[us] a mortuis. qua impios triumphando fideles salvare dignat[us] e[st]. p[ri]ncipalit[er] observans. Item exor[tu] sanguis ipsius. videlic[et] agni immaculati. [et] p[ro]p[ter]ea in ei[us] fonte regeneracionis ablutus. mundat[ur] ab om[n]i peccato, ac deinde alios dies vii. in memoria[m] ei[us]de[m] dominice resurrectionis congrua festivitate subiunge[n]s. Verum q[uo]d ipsa q[uo]q[ue] dies pasche a fermento castigari p[re]cipit[ur]. hac evangelii scriptura. Aliquando p[ri]ma azi mor[um] cognominat[ur]. Primo inquiens die azimorum q[ua]n[do] pascha immolabant. Dicunt ei discipuli. quo vis eamus. et paremus tibi ut manduces pascha. Item die xv. mensis p[ri]mi. a q[uo] vii. dies azimorum inchoant[ur]. p[ro]p[ter] vicinitate[m] pasche nomine vocat illos cu[m] dicit[ur]. [et] ipsi no[n] introierunt in p[re]torium. ut no[n] contaminarent[ur]. s[ed] manducarent pascha. Non q[uo]d legi co[n]traria e[st] evangelica scriptura. s[ed] q[ui]a sacramentu[m] q[uo]d decebat hac nobis societate. vocabulorum evangelista inculcare curavit. salva eni[m] subtiliori discussione. possum[us] intellige[re] q[uo]d mistica pasche sollemnia. singuli n[ost]rum in die baptismatis egerunt. sp[irit]alem videlic[et] exterminatore[m]. signo p[re]ciosi sanguinis evadendo. sp[irit]ales egyptios transeundo. Toto aut[em] vite p[ro]ficientes t[em]p[o]re. q[uo]d de incep[to] in hac p[er]egrinacio[n]e gerim[us]. vii. dies azimorum celebremus. quib[us] sic ap[osto]l[u]s edocet. non in fermento malicie [et] nequicie. sed in azimis sinceritatis [et] veritatis epulari debemus. Et q[ui]a nos in baptismo de potestate satane in parte[m] sortis s[an]c[t]orum transire queam[us]. sinceritate[m] ac veritate[m] necesse e[st] tenere. Item q[ui]a toto vite p[er]egrinationis t[em]p[o]re q[uo]d septenario dieru[m] numero volvit[ur]. cotidiano p[ro]fectu ad meliora transire p[re]cipim[ur]. quasi [et] in pascha azimis vesci [et] in dieb[us] azimorum pascha sp[irit]aliter ag[er]e agnoscimus. LXIIII.

Nam sic tota Tipica pasche i[n]t[er]p[re]tatio.

Nam sic tota paschalium observancia cerimoniarum. ita [et]ia[m] temp[us] q[uo] agi p[re]ceptu[m] e[st]. totum misteria sacra redolet. In p[ri]mis namq[ue] equinoctium transgredi in dominici pasche celebracio[n]e iuxta legis decreta curamus. ut videlic[et] sollemnitas in q[ua] mediator dei [et] hominum. destructa potestate tenebrarum. mundo lucis iter cepit [et] ia[m] temporis ordine foras quid int[us] habeat ostendit. [et] q[uo]d nob[is] eterne beatitudinis lume[n] p[ro]mittit. tunc maxime celebret[ur] cu[m] solis lumen annuo p[ro]ficiens incremento. p[ri]ma sum[m]it de noctis umbra victoria[m]. Deinde mense[m] p[ri]mi anni, q[ui] [et] novorum vocat[ur]. in q[uo] pascha celebremus attendimus. Ipse aut[em] e[st] mensis in q[uo] mundus iste formatus [et] homo e[st] p[ri]mus in paradisi sede locatus. Huius namq[ue] misteria sollemnitatis. p[ri]ma[m] nos stola[m] recepturos. primu[m]

superne beatitudinis regnum. in quo illo genus quod
regionem discessimus nos reperturos esse. spe
ramus. De cuius gloria regni. beatus apostolus petrus.
Celos autem novos inquit et terram novam. et
promissa ipsius expectamus. in quibus iustici
a habitat. Sed et iohannes in apocalipsi sua.
Et dixit qui sedebat in throno. ecce facio
omnia nova. Deinde etiam terciam
mensis eiusdem septimanam in pascha ob
servamus. quod resurreccionis dominice gau
diis aptissime congruit. quod et eadem sacro
sancta eius resurreccio. tercia die facta est. et
tercio tempore seculi. id est cum gratie celestis
adventu. tota eius in carne dispensacio. que
per resurreccionis consummata est gloriam
mundo apparuit. Prima seculi namque tempora.
lege naturali per patres. media. lege littera
li per prophetas. Extrema. carismate spiritali
per se ipsum veniens illustrare dignatus est.
Sed et ipsa tunc lune conversio. pulcherri
mum nobis sacramentum celestis expectacionis
prebet. Namque luna que rotundi facta
scemanus. a sole lumen ut superius diximus accipit.
Ideoque semper ex dimidio eius quod ad solem
habet lucida est. ex altero autem dimidio semper
obscura. a prima usque ad .xv. lucis incremen
tum ad terras. defectum vero habet ad ce
los. A .xv. autem usque ad novissimam. e contra
rio eidem sue lucis a terrenis aversum.
paulatim ad celestia revertit. Que

nimirum eius conversio. recte paschalis
gaudii misteria signat. omnem quibus
mentis nostre gloriam a visibilibus avertere
deliciis caducisque favoribus. atque ad solam
celestis gratie lucem suspendere contemplando
docemur. ut si utraque eius conversionem nobis
imitari delectat interpretari. possimus intel
ligere quod crescens ad oculos humanos
lumen lune. virtutum gratiam. quibus appa
rens in carne dominus mundo inluxit insi
nuet. De quibus dicitur. et ihesus proficiebat
sapiencia. et etate et gratia. apud deum
et homines. Decrescens vero ad celos. resur
reccionis. ascensionisque illius gloriam desig
nat. que nunc quidem ipsa mox perfecta
provenit. sed in animo fidelium quibusdam
lucis sue profectibus usque ad finem seculi cres
cere non desinit. Resurgens enim dominus
a mortuis primo singulis. ac binis. ac de
inde pluribus modo. vii. modo. xi. modo.
vii. modo. plusquam quingentis fratribus simul.
ad ultimum discipulis omnibus apparuit.
quibus videntibus ascensurus in celum
precepit eos sue dispensacionis esse testes.
in ierusalem. et in omni iudea et samaria.
et usque ad ultimum terre. Et bene luna
cum nobis crescit ad oculos. paulatim a so
le recedit. cum vero ad celos. paribus ad eum
spacijs redit. Hoc est enim quod ipse dicit. exi
vi a patre. et veni in mundum. Iterum

relinquo mundum et vado ad patrem. Et quod
de illo psalmista. A summo celo egressio eius.
et occursus eius usque ad summum eius. Quia vero
luna eo ipso sue lucis incremento quod exi
ens a sole ad nostros evolvitur obtutus. domini sal
vatoris in carne usque ad tempora passionis
doctrinam virtutesque significat. Eo autem
quod a sole rediens paulatim se ad invisibilem
nobis celi faciem resurrectionis recolligit.
illius ac posterioris glorie miracula demonstrat.
merito a xv. paschalis voti gaudiis apta
predicatur. His quidem paschalibus temporibus
a legis observatione sumptis in dicius. here
des novi testamenti. etiam diem dominicam quem
scriptura unam sive primam sabbati cogno
minat adnectimus. Nec immerito. quia et con
dicione primitive lucis excellens. et triu
pho dominice resurrectionis insignis. et una
quoque nobis resurrectione manet semper exor
tabilis. Septem quoque dies lune id est a xv.
usque ad xxi. post quos eadem dominica naturali
ordine discurrit. universitatem ecclesie que per
totum mundum paschalibus est redempta mis
teriis apte denunciant. Nam et septena
rio sepe numero universitatem designare
scriptura consuevit. Unde quod ait propheta.
Septies in die laudem dixi tibi. nil melius in
telligitur quam quod alibi ait. semper laus eius in ore
meo. Et specialiter totam catholice ecclesie
perfectionem eo figurari Iohannes testatur. qui
ad vii. Asie scribens ecclesias. universalis per orbem
ecclesie misteria patefecit. Unde et premia
que singulis vii. scribit ornamenta. hunc
versiculum intellegere curavit. Qui habet aures.
audiat quid spiritus dicat ecclesiis. quod non cum li
bet dixerat hominibus sed dixisse palam probat
ecclesiis. Nec minus etiam moralem nobis commen
dant paschalia tempora sensum. In mense
quidem pasche. ut deinceps ad virtutes tran
situm cotidie faciamus spiritalem. In mense
autem novorum in quo adulti fructus adven
tu suo pronunciant veterum cessationem.
ut exuentes veterem hominem cum actibus
eius. renovemur spiritu mentis nostre. et induamur
novum hominem qui secundum deum creatus est.
in iusticia et sanctitate et veritate. ut et
vegetati is et diversarum varietate virtutum.
carumque foliis velut amene arboris ad
umbraculum velati. tamquam lete atque fruc
tifere segetes pullulemus. In plenilunio.
ut perfectum virtutum splendorem et sensus gerentes.
a peccati tenebris segregemur. Rursus a
eadem luce lunari ad celos. quod a xv. luna
fieri incipit. ut quanto magni sumus humi
liemur in omnibus. dicentes cum apostolo singuli gra
tia autem dei sum id quod sum. Que profecto gratia mu
neris. que tercio tempore seculi manifestius effu
sa est. pulcherrimum figurarum consequentia tercia
lune ebdomade lumen ipsi quod hactenus ad terram
creverat. ad celestia iam crescere inchoat.

pulchre hanc in pascha obseruare percipimur: ut gratiam quam accepimus, nunquam obliti, per singulos gradus spiritalis transitus largitori illius obediendo mercedem rependere meminerimus. Vel certe in crescente ad homines luna, uite nobis actiue, in reuersa uero ad celos speculatiue typus ostenditur, ut in hac nobis conuersione dilectio proximi, in illa dei signatur auctoris. At hic conuersis lucis eius perfectus, ut bona foris operum ammonet. porro illuc, ut eadem bona opera solo superne mercedis intuitu geramus. Hic ut luceat lux uestra coram hominibus: et uideant uestra boni opera, illuc ut glorificent patrem uestrum qui in celis est. In una sabbati, que noui testamenti proprie sollempnitas est institutum, ut spe tamen future nostre in christo resurrectionis patienter in presenti omnia aduersa pro christo, ipsam mortis toleremus iniuriam. Audientes ab apostolo quod si spiritus eius qui suscitauit ihesum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit ihesum a mortuis, uiuificabit mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Cuius spiritus que septiformis est gratia, potest ad eadem VII dierum lunario numero quam prefata una sabbati, id est dies dominica, circumfertur intimata, non inconuenienter intelligi. Verum de misterio temporis pasche si quis plenius scire uult, legat beati aurelii augustini ad ianuarium epistolam de ratione paschali.

LXV. De circulo magno pasche

Circulus pasche magnus est, qui multiplicato per inuicem solari ac lunari cyclo, quingentis XXX duobus conficitur annis. Sic enim decies nouies uiceni et octoni, seu uicies octies deni ac noueni multiplicati, centum quingentorum XXX duorum numerum complent. Unde fit, ut idem circulus magnus decem nouenalis lune circulos XXVIII, solis autem qui uicenis octonis quibusque consummari solent annis, XIX habeat circulos, bissextos dies nouies septenos, id est CXXXIII. Menses solares uicies octies CCXXV, id est VI CCCLXXXIIII. Menses autem lunares uicies octies CCXXXV, id est VI DLXXX. Dies exceptis bissextis uicies octies VI DCCCCXXXV, id est CXCIIII CLXXX. Additis autem bissextis CXCIIII CCCXIII. Qui ubi memoratam ordine insuum dierum quem summam compleuerit, mox in se ipsum reuolutus, cuncta que ad solis uel lune cursum pertinent, eodem quo preterierat ordine restaurat. Tantum anni dominice incarnationis suo certo tramite proficiunt in maius, indictiones quoque feruntur in ordine uel siderum cursus atque ideo in eis paschalis circuli ordinem mouent. Quod ut apertius clarescat, placuit eundem plenario ordine circulum presenti opusculo proponere, sumpto exordio a quingentesimo tricesimo secundo dominice incarnationis anno. Ubi primum dionisii circulus ceptus est, et perducto opere usque ad millesimum sexagesimum tercium eiusdem sacrosancte incarnationis annum. Quatenus legentes quique

non solum presentem uel futurum prospicere. sed et prete
ritum omne pascebat statum temporis. mirabili pos
sunt intuitu respicere. atque ad dilucidacionem pre
scripte lectionis. annos omnis quis aliquando in questi
onem uenerat. quando uel quales fuerint eui
denter agnoscant. LXVI. De sex huius

De sex huius mundi etatibus. seculi etatibus.

Hac septima uel octaua quietis utreque
celestis. uite in comparatione prime ebdomadis
in qua mundus ornatus est. aliquanta prelibauimus.
et nunc in comparatione etiam unius hominis
qui micro cosmos id est grece a philosophis hoc est
minor mundus solet nuncupari. de eisdem
aliquando latius exponentem. Prima est ergo mun
di huius etas ab adam usque ad noe. continens
annos iuxta hebraicam ueritatem. mille dc
lvi. Iuxta lxx. autem interpretes. ii. cc. xlii.
generationes iuxta utramque edicionem numero
x. que uniuersali est deleta diluuio. sicut primam
cuiusque hominis obliuio demergere consueuit
etatem. quotus enim quisque est qui suam recordetur
infanciam. Secunda etas a noe usque ad habra
am. iuxta hebraicam auctoritatem complexa
annos aut. cc xcii. porro iuxta lxx. inter
pretes. annum ccl xxii. generaciones u. x.
r. Hec quasi puericia fuit generis populi dei et ideo
in lingua greca inuenta est. id est hebrea. A
puericia namque homo loqui incipit. nosse
post infanciam. que hinc appellata est quod
fari non potest. Tercia ab habraham usque

ad dauid. iuxta utramque auctoritatem. xiiii. annos
ii dcccc xlii. complectens. Hec quedam uelut ado
lescencia fuit populi dei. a qua etate iam incipit
homo posse generare. propterea matheus euangelista
generacionum ex habraam sumpsit exordium.
qui etiam pater gencium constitutus est quando mutatum
nomen accepit. Quarta a dauid usque ad trans
migracionem babilonis. annos habens iuxta
hebraicam ueritatem cccc lxxiii. Iuxta lxx. trans
lacionem. xii. amplius. generationes iuxta
utrosque codices. xvii. Quas tamen euangelista
matheus certi misterii gratia. xiiii. ponit. A qua
uelut iuuenili etate in populo dei regum tempora
ceperunt. Hec namque in hominibus etas apta
gubernando solet existere regno. Quinta
quasi senilis etas a transmigracione babilonis
usque in aduentum domini saluatoris in carne ge
neracionibus et ipsa xiiii. porro annis dlxxx
vii. extenta. historia in qua ut graui senectu
te fessa malis crebrioribus plebs hebrea
quassatur. Sexta que nunc agitur etas. nulla
generacionum uel temporum serie certa. sed ut etas
decrepita ipsa totius seculi morte consumenda.
Has erumnosas plenasque laboribus mundi
etates. quique felici morte uicerunt. Septimam
iam sabbati perennis etatis susceptam. octauam
beate resurrectionis etatem in qua semper cum
domino regnant expectant. LXVII. De

tercia cursu etatum earundem.

Prima igitur etate seculi nascentis. prima

Seariude.

LXVIII. De cursu etatum

PRIMA igitur etate seculi nascentis: prima luminis die fecit deus lucem quam appellavit diem. Secunda firmamentum celi in medio libravit aquarum: ipsis aquis aetherea. cum celo superiorae virtutibus; que in eo conditorem laudarent ante horum sex dierum exordium creatis. Tercia die congregatis in sinum locum aquis. que cuncta contexerant: aridam iussit apparere. Quarta. sidera in firmamento celi posuit: quantum que nunc equinoctii coniectura colligimus xii. kl. aprilium, dies vocatur. Quinta natatilia volatilia creavit animancia. Sexta, animalia terrestria: ipsum ... hominem formavit adam, de cuius latere dormientis: matrem omnium viventium produxit evam. Que nunc quantum mihi videtur esse credibile: x kl. apr. dies appellatur. Unum merito creditur si non verior sententia vincit: quod beatus theophilus cum ceteris non solum palestine sed et multis aliarum regionum episcopis de pascha disputans scribsit eodem decimo kl. apr. die dominum fuisse crucifixum. Decebat enim una eademque non solum ebdomadis sed mensis die. secundum adam progenitus humani salutem vivifica morte sopitum. de productis e latere suo sacramentis celestibus, sponsam sibi sanctificare ecclesiam: quia videlicet et die primum adam. patrem humani generis ipse creaverat: et quando de latere costam tollens edificavit mulierem. cuius adiutorio genus propagaret humanum. c. xxx.

Adam annorum c.xxx. genuit seth. cui supervixit annis dccc. Verum lxx. interpretes. ante natum seth. posuerunt annos cc.xxx. postea dcc. Seth interpretatur resurrectio. significans resurrectionem christi a mortuis: cuius mortem illatam a iudeis, significat abel qui dicitur luctus. a fratre cain occisus. cc. xxxv.

Seth annorum cv. genuit enos: cui supervixit annis dccc vii. Porro ante natum enos. annos ccv: postea posuere. dccc vii. Enos interpretatur homo. de quo bene dicitur: iste cepit invocare nomen domini: quia hominum est proprium. ut sue fragilitatis memores. invocent conditoris auxilium. eorum dumtaxat. qui in fide et vivent, filii resurrectionis esse leguntur. ccc.

Enos annorum xc. genuit cainan: cui supervixit xxv. annis dcccxv. Sed lxx. annos natum cainan clxc. annorum postea dccxv. posuere. ccc.xc.v.

Cainan annorum lxx. genuit malalehel: post cuius ortum vixit annis dccc xl. Lxx. annos natum malalehel. clxx: postea dixere dccxl. ccc.lx.

Malalehel annorum lxv. genuit iareth: cui supervixit annis dccc xxx. Lxx. ante natum iareth clxv: postea posuere. dcc xxx. dc.xxii.

Iareth annorum clxii. genuit enoch: cui supervixit annis dccc. In hac generatione nusquam utrique codices discrepant. Hinc

enoch. nō nulla diuina scribsisse. iuda. apostolo adtestante cognouimus: sed ut beatus augustinus dicit. nō frustra non sunt in eo canone scripturarum qui seruabatur in templo hebrei populi suc[cedenti]um cedencium diligencia sac[er]dotum. nisi quia ab antiquitate suspecte fidei iudicata sunt. nec utrum hec essent que ille scribsisset poterat inueniri. Vnde illa que sub eius nomine proferuntur. et continent illas de gygantibus fabulas quod nō habuerint homines patres: recte a prudentibus iudicatur ipsius non esse credenda. DC.LXXX.VII.

Enoch annorum lxv. genuit matusalam: post eius ortum ambulauit cum deo ccc annis. Lxx. matusalam ante natum posuere clxv. annorum: postea cc. et bene in septima generacione enoch qui interpretatur dedicacio. tulit a mortalibus deus: quia ciuitas electorum in sex huius seculi pro deo laborans etatibus: in septima sabbati futuri gloriam dedicationis expectat. et quod rep[ro]bi sola presentis uite felicitate contenti . cain ciuitatem quam statuit nō in septima generacione sed in primogenito enoch filio consecrat. DCCC.LXX.VII.

Matusalam annorum clxxxvii. genuit lamech: cum super uixerit annis dcc.lxxx.ii. usque ad diluuium. Lxx. ante natum lamech clxvii. ponunt annos: postea dccc. et duos. Sed inuenies ut lector facillime uidebit. iuxta hebraicam ueritatem xx annis: iuxta ipsorum uero auctoritatem xiiii. annis diluuium supra transiuit. De qua famosissima questione doctissimi patres. hieronimus in libro questionum hebraicarum: augustinus in libro de ciuitate dei xv plenissime disputant. M.L.VI.

Lamech. annorum clxxxii. genuit noe: cum super uixit annis dxcv. Lxx ante natum noe ponunt annorum clxxxviii: et postea dlxv. In hac sola generacione summa uniuersitatis discrepat: quod xx iiii. plus uixisse lamech in hebreis. quam in lxx. translatorum codicibus inuenitur.

Noe anno dc. uenit diluuium: mense M.DC.LVI. secundo xvii. die mensis. Sane de differencia annorum inter hebream et lxx interpretum auctoritatem. ne quis nos lacere nouas mouisse questiones. legat prefatorum patrum memorata opuscula: et intelligit hanc iam olim notissimam fuisse distanciam, cuius originem distancie. cum beatus augustinus sollertissime quereret. dixit in libro supra scripto. capitulo xiii. inter alia sic credibilius. Ergo quis dixerit cum primum de bibliotheca ptolomei describi ista ceperunt. tunc aliquid tale fieri potuisse in codice uno. sed primitus inde descripto. unde iam lacius emanaret: ubi potuit quidem accedere et iam scriptoris error. Sed hoc in illa questione de uita matusale. nō ab insurdum est suspicari. et post aliquanta. Recte fieri in quod nullo modo dubitauerim. ut cum diuersum aliquid in utrisque

codicib; inuenit͛. quandoq͛de ad fide͞ reru͞
gestar͛ utru͞q͛. e͞e. no͞ potest. uer͞u ei lingue
poci͞ credat͛. unde e͞. in alia͞ p͛mi͛ p͛tes facta
trans lacio.

SECVNDA seculi etate, p͛ma hui͞ dies
que e͞. uicesima septima͞ mensis secundi.
egressus e͞. noe de archa: in q͞ pauci id e͞. viii.
anime salue facte s͞t p͛ aq͞. Q͞d co͞memora͞
incepta͞ beat͞ apl͞s petr͞. mirifice statim ex
ponere curauit. cu͞ subiungit: eo q͞d ⁊ uos
nu͞c simili forme saluos fac͞ baptisma. non
carnis deposicio sordiu͞. s͞; co͞sciencie bone
interrogacio in d͞m͞. p͛ resurreccio͞em ih͞u x͞.
qui e͞. in dextera dei. In aq͞ diluuii baptismu͞.
in archa ubi sque continebat͛ eccl͞ia͞ ⁊ fideles
illi͞. ⁊ in octonario numero animar͛. misteriu͞
dn͞ice resurreccio͞is. in cui͞ fide baptizato
rum ordo e͞. figuraliter. M.dc.lviij.

SEM. c͞. ann͞. g͞ arfaxat. biennio post diluu
ium. Ab arfaxat caldeos origine͞ duxisse.
Ieronim͞ scribit. Sup͛uixit aut͞ sem post
arfaxat. d. ann͞: id e͞. usq͞. ad quinq͞gesimu͞
annu͞ natiuitatis iacob. M.dc.lxxxx.iij.

ARfaxat ann͞. xxxv. g͞ sale. hic lxx. int͛p͛tes
una͞ generacione͞ plusq͞ hebraica ueritas
posuere. dicentes. q͞d arfaxat cu͞ e͞e͞t annor͛
cxxxv. genuerit cainan. q͞ in cu͞ xxx. anor͛
fuerit. ipse genuerit sale. quar͛ t͛ns lacio͞em
euu͞glista lucas hi in loco e͞. uider͛ secutus.
Veru͞ chronographi grecor͛ cu͞ generacio͞is
serie͞. ad auctoritate͞ hebraica͞ castigasset.
ablata una generacione cainan. nec tam
numeru͞ annor͛ in generacionib͞ qua͞
cu͞ eis habuere co͞munes, ad eor͛ auctori
tate͞ castigar͛ e curassent. p͛pam secuti
auctoritate͞. sedert͞ hinc etati annor͛
summa͞, minore͞ quide͞ lxx translator͛ edi
cione annis cxxx. ⁊ s͞; hebraica ueritate a͞n.
de. ⁊ l maiore͞: id e͞. annos dcccc. ⁊ l. ii. Vix͞
aut͞ arfaxat post natu͞ sale ann͞. ccc. iiii.
Cui tam͞ lxx. post natu͞ caina͞ scribunt
ann͞ ccc xxx. ⁊ cainan post natu͞ sale ccc.
xxx. viii. Sale aut͞ xxx ann͞ g͞ heber. cui M.dcc.
sup͛uix͞ ann͞ cccc iii. Lxx. ante natu͞ heb xxiij.
posuere cxxx. post ea ccc xxx. Ab hoc heber
hebreor͛ nom͞ ⁊ gens orit͛. heber ann͞ xxx. M.dcc.
iiii. gen͞ falech, cui sup͛ uix͞ ann͞. cccc xxx. lvij.
Lxx. ante natu͞ falech. an͞ posuere cxxxiiii.
postea cc. lx. Falech int͛p͛tat͛ diuisio. Cui
p͛pterea tale nom͞ imposuere parentes: q͞d
t͞pr͞e natiuitatis ipsius terra p͛ linguaru͞
co͞fusione͞ diuisa e͞. Cui͞ diuisionis ordo͞ obi
rech͞ior in exposicio͞e ψ. almi eius. ita me
minit. Sem p͛mogenito noe pars facta:
a p͛sida ⁊ bactris usq͞. in india͞ longe. ⁊ usq͞.
ronocorusos. que spacia terrar͛ habent
linguas sermone barbarico xx ⁊ vii. In
quib; linguis gentes sunt patriar͛ q͞drin
gente ⁊ sex: no͞ diuersar͛ linguar͛. s͞; ut
dixi diuisar͛ patriaru͞. Verbi gr͞a. Cu͞ un͞

lingua latina fit. sub una lingua diuise sunt
patrie. brittor. lucanor. apulor. calabror.
picentum. tuscor. et his atque similia huiusmodi
sidicamus.
Cham uero secundus filius noe. a rinocururis usque
ad gadira habens linguas sermone punico
a parte garamantum latine. a parte boree
barbarico. a parte meridiani ethiopum.
et egyptior. ac barbaris interioribus uario
sermone .xx. duabus linguis in patriis .ccc.
xx. iii quatuor.
Iafeth autem tercius a media usque ad gadira ad
boream. habet autem iafeth flumen tigridem
qui diuidit mediam et babyloniam in patriis
ducentis. sermone uario. in linguis .xxiii
et tribus. Fiunt generis lingue simul .lxx.
due. patrie autem generacionum mille. que
in triptito secto hoc ordine site sunt. habet ut
diximus iafeth flumen tigridem et babyloniam.
sem eufraten. cham uero geon qui uocatur nilus.
m.dcc. lxxx. vii. Sale autem ann. xxx. genuit reu. cui super uixit ann.
ccciii. lxx interpretes ante natum reu .cxxx.
ann. ponunt. postea ccciii. his temporibus primum
templa constructa. et quidam principes viii.
gencium. tamquam dii sunt adorati. m.dccc.x.
Reu autem ann. xxxii. genuit seruch. cui super uixit ann.
ccvii. lxx. ante natum seruch .cxxxii. ann.
ponunt. postea ccvii. sextarum regnum
dicitur exortum. ubi primum regnauit taurus.
m.dccc. xl. viii. Seruch autem ann. xxx genuit nachor. cui super uixit

ann. cc. lxx. ante natum nachor ann. cxxx.
postea cc. Egyptior imperium inchoare
dicitur. primo in eis regnante zoes. m.dccc.lxxviii.
Nachor autem annorum xxviiii. genuit thare. cui super uixit
annos cxviiii. lxx. ante natum thare ponunt
ann. lxxviiii. postea cxviiii. Assirior
Sicioniorumque regnum nascitur. his primum bello.
illis egialeo regnante. m.dcccc.xl.viii.
Thare autem ann. lxx. genuit habram. cui super uixit ann.
cxxxv. hactenus secunda seculi etas protenditur.
cuius tota serie recensita. beatus augustinus
in libro de ciuitate dei .xvi. capitulo .x. hoc
modo conclusit. Fiunt itaque anni a di-
luuio usque ad habraham .dcc.lxxii. iuxta
uulgatam edicionem hoc est interpretum .lxx. in
hebreis autem codicibus longe pauciores
annos perhibent inueniri. de quibus racio-
nem aut nullam aut difficillimam reddunt. ii.xxiii.
Tercia mundi etas a natiuitate
cepit abraham patriarche. qui
lxxv. ann. cum esset. relicta gente. patria.
ad imperium dei uenit in terra chanaan.
accipiens promissionem nasciturum de suo
semine saluatoris. in quo benedicerentur
omnes gentes. simul et se ipsum in gentem mag-
nam esse futurum. quarum una spiritalis altera
promissio carnalis. his temporibus ninus et se-
miramis in assiriis regnant. ii.xxxiii.
Abraham anno lxxxv. genuit hismahel.
a quo hismahelite. uixit ann. cxxxvi.

ii.xl.viii. Idem habraham. annorum c genuit isaac: qui primus
& solus in tota testamenti ueteris serie
legitur octaua die circumcisus. et quod non sine
magno misterio priuilegium ei filio repro-
missionis donatum. ii.c.viii.
Isaac annorum lx genuit esau et iacob. patriarcham
idumee et ismahelitice gentis: post quorum
ortum iiii annorum cxx. his temporibus primus apud
argiuos regnauit inachus annis l: cuius
filia io. quam egyptii mutato nomine isidem
colunt. ii.cc.xxx.viii.
Iacob annorum cxxx. descendit in egyptum
in animabus lxx. huius temporibus memphis
in egypto. ab apide argiuorum rege condita:
sparta quoque a sparto filio phoronei re-
ii.cccc.vii. gis argiuorum condita. habitacio filiorum israel
quam manserunt in egypto. fuit. cccc. xxx.
annorum. quibus expletis: eadem die egressus
est omnis populus et exercitus domini de terra egy-
pti. ut scriptura testatur exodi. quorum
tamen summam annorum chronographia septu-
agesimo quinto anno natiuitatis habraham
quando terram repromissionis intrauit
computat. sequentes edicionem lxx interpretum
quae dicit. habitacio autem filiorum israel quam
habitauerunt in egypto et in terra cha-
naan ipsi et patres eorum: anni fuerunt. cccc.
xxx. Quam necessario sequendam et ipsa he-
braica ueritas ostendit: que narrat
chaath filium leui quem natum esse constat
in terra chanaan. uixisse annos cxxxiii.
& filium eius amram patrem moysi annis cxxx-
vii. et ipsum moysen lxxx. fuisse annorum
tempore egressionis de egypto. Qui nimirum
horum summam annorum constat. cccc. et xxx im-
plere non posse. Admittit autem horum trans la-
cionem et apostolus cum ait. Abrahe dicte sunt
promissiones et semini eius. Non dicit et semi-
nibus quasi in multis: sed quasi in uno et se-
mini tuo qui est christus. Hoc autem dico testam-
entum confirmatum a deo: quod post. cccc. et xxx.
annos facta est lex. non irritum facit ad
euacuandas promissiones patrum. iii.cccc.xc.iii.
Moyses annorum xl. eductum ex egypto re-
git populum israel in deserto. Quorum primo
anno. tabernaculum domino construit: et vii.
mensibus opus perficiens. mense primo anni
secundi primo die mensis erexit. Huc usque
ut eusebius commemorat quinque libri moysi
continent gesta annorum ii. dcc. xxx: secundum
lxx. seniorum interpretacionem. quot uero annos | Sept
huius temporis ebraica ueritas contineat: io-
sepphus in primo contra appionem grammati-
cum libro. ita ~~libros~~ commemorat. Neque
igitur innumera apud nos habentur uo-
lumina inter se inuicem discordantia: sed
duo tantum et xx. sunt libri qui omnium temporum se-
riem continent. quique iuste creduntur diui-
nitus inspirati. Ex quibus quinque sunt moysi con-
tinentes legis uitae et successionis humane

prosapiā. usq; ad ipsius moysi timinū pten
dentes: qui paulominꝰ ad tria milia annor
conuenientiā gerunt. ij. d. xviii.

Iosue ann. xx. vi. reg. pplm isrł ut iosepphus
docet: nam scriptura sacra q fuerunt anni
ducat illius tacet. qre ū eusebius in cronicis
xxvii. posuerit: infra dicemus. Primo
aut sui ducat anno. iosue pmo mense. x.
die mensis. pplm pater factū iordanis alueo.
in terra repmissionis induxit. Quo inde
licet anno ut in cronicis pfati eusebii rep
perimus. pncipiū erat quinquagesimi pmi iu
belei scdm hebreos. id ē. ii. d. anni erant
ab initio mundi: cōpletis singulis iubele
orū ordinib pquinqgenos annos deputa
tis. Ac ū hec tpis hui ē. sūma qua in
quisicione inueniri ualuit. Constat eni
qd. ii. dclvi. ad diluuiū usq; fuere anni.
Inde ad habraam. cc. xcii: qui lxxv erat
annor quando pmissionē di accepit. A
missionis ann. cccc xxx. Ducatus moysi.
anni xl. Qui pfecto numeri. iiii. d. sed
vii. minus id ē. ii. cccc xciii. ut pnotauim
annis implet. ij. d. xl. viiii.

Othoniel ann. xl. de tribu iuda. pmus
israheli iudex dno iubente costituit. hui
tpib; primis. filii isrł seruiere chusan
rasathaim. regi mesopotamie. vii. annis. ij. dc. lxxx. viiii.

Aoth ann. lxxx. filius iera filii gemini. q
utraq; manu utebat p dextra: cui in pnci
pus seruiuit isrł eglon regi moab annis xviii.
donec eū ipse pcusso eglon libauit. Hoc tpre
cirene ciuitas. condita ē. in libia. ij. dc. lxx viiii.

Debora ann. xl. pphetissa de tribu ephraim
cū barach. de tribu neptalim: cuius inicio
ducat. oppssit filios isrł iabin rex chanaan.
xx. annis. qui regnauit in asor. Sed occiso
ab isrł principe milicie eius sisarra humili
atus tandē ac deletus est. Hoc tpre miletus

Gedeon ann. xl. ex tribu manasse. condita. ij. dcc. xviii.
sub quo seruiuit isrł madianitis ... amale
chitis. vii. annis: sed gedeon pugnante libe
ratus ē. Tirus condita ante templū hierosoli
mor ann. cc xl: ut scribit iosepphus.

Abimelech. ann. trib; fili gedeonis: qui ij. dcc. xx. ij.
regnabat in sichē. Hercules ilium uastat.

Thola ann. xxiii. filius phoa patrui abime ij. dcc. xl. v.
lech. uir de isachar: qui habitabat in samir
montis effraim. Bellū lapitharū ł centau
ror: quos scribsit palefat pmo de incredi
bilib; libro. nobiles fuisse equites thessalor.
In troia post laomedonte regnauit priamus.

Iair. ann. xxii. ex tribu manasse. Hercu ij. dcc. lx vij.
les agonē olimpiacū costituit: quisq; ad p
ma olimpiade. sub putant anni cccc xxx.

Iepte galaadites: ann. vi. Philistiim ij. dcc. lxx iij.
et amanite depmunt isrł. Ex quib ama
nite. debellant ab iepte: qui in libro iudi
cū. ab etate moysi usq; ad semet ipsū an
sub putare annos. ccc. ij. dcc. lxxx.

Amarul Benerdier

a ABESSAN de bethleem: ann. vii. Agamemnon
imperat mycenis. ann. xxxv. cuius anno xv. tro
ii.dcc.xc. ACHIALON zabulonites. ann. x. Ilia capitur.
Hic cum annis v sius. in lxx. interp(retatione) ab(his) non habe
tur: pro quorum damno supplendo. eusebius io
sue filio nun. samuheli. et sauli. quorum annos
scriptura non dicit. plures annos quos in iosep
pho legebat adnotavit. et quatenus ab egressu
isr(ahe)l ex egypto. usque edificationem templi. cccc
lxxx. annorum summam quam scriptura predicat
ij.dcc.xc.viij. LABDON de tribu ephraim ann. (viii) habet.
viii. Huius anno iii. troia capta est. completis
a primo cicropis qui primus apud atticam
regnavit annis. ccclxxv. A quadrage
simo autem et tercio. regni nini assiriorum
regis: anni. dcccxxxv. Mortuo lapdon:
servivit isr(ahe)l philesteis ann. xl.
ij.dccc.xviij. SAMSON de tribu dan. ann. xx. Actenus
iudicum liber tempora signat. habens annos
cc.xcviii. iudices autem xii. Latinus qui
postea romani nuncupati sunt. post ter
cium annum captivitatis troie. sive ut qui
dam volunt octavum. regnavit eneas an
nis trib(us). post quem ascanius. ann. xxxviii.
Ante eneam. ianus. saturnus. picus. faun(us).
latinus. in italia regnavit. annis circiter cl.
Ascanius enee filius. albam urbem condidit.
ij.dccc.lviij. HELI sacerdos. ann. xl. In hebreorum libro
xl anni inveniuntur. in lxx. autem interp
tacione. xx. Hectoris filii. ylium rece

perunt. expulsis ante nonis posteris. ele
no sibi subsidium ferente. Latinorum terci
silvius enee filius. regnat ann. xxviii.
qui quia post mortem patris editus. ruri fuerat
educatus. et silvii. et postumi nomen accepit.
a quo omnes albanorum reges silvii vocati sunt.
Reges sycioniorum defecerunt. qui ab egialeo
usque ad zeuxippum. regnaverunt. ann. dcccc.
lvii. Post quos sacerdotes. carnii constituti sunt.
SAMUEL ann. xii. ut docet iosephus: in ij.dccc.lxx.
scriptura enim sacra. quamdiu prefuerit nomi
ne patet. Ab hoc tempora prophetarum incipiunt. La
tinorum quartus eneas silvius regnat ann. xxxi. ii.dccc.xc.
SAUL primus hebreorum rex ann. xx. et huius
qui in canonica scriptura non habetur. de an
tiquitatum iosephi tempus regni notavimus.
In lacedemone regnavit primus. euristeus:
ann. xlii. Corinthi primus alethes. ann. xxxv.
Quarta mundi etas non solum cum inchoato
iudee gentis imperio. sed et cum innovata promis
sione que patribus olim data est. imperii christiani
sumit exordium: iurante domino david verita
tem. de fructu ventris eius sedere super sedem eius.
DAVID primus ex tribu iuda rex. ann. xl. La ij.dcccc.xxx.
tinorum quintus latinus silvius ann. l. ephe
sus condita ab andronico. Cartago condi
ta est. ut quidam volunt. a cartedone tyrio:
ut vero alii a dido filio eius. anno cxliii. post tro
ianum excidium. ii.dcccc.lxx.
SALOMON filius david ann. xl. qui quarto

regni sui anno, mense secto. templum dn̄o
edificare cepit in ihertim. collectis ab egressu
israhelis ex egipto annis cccclxxx. ut regni
quoque liber testimonio est. quod in figuram uniuersi
temporis quo in his secto edificatur ecclesia. que in futuro
perficietur. vii. annis perfecit. et vii octauo anni
mense dedicauit. Latinorum sextus alba silui.
silui enee filius. regnat annos xxxviii. Re
gina saba uenit audire sapientiam salomo
II.dcccc. lxxx. nis. Roboam filius salomonis annos xvii.
hieroboam separauit x. tribus a domo dauid.
& a dn̄o. in figuram hereticorum qui suos sequa
ces a xp̄o et ecclesia segregant. Huius quinto
anno sesac rex egypti ueniens hierosolimam.
templum expoliauit. Latinorum septimus egyp
tus siluius albe superioris regis filius. regnauit
annos xxiiii. Samus condita. et sinirna
in urbis modicum ampliata. II.dcccc.xc.
ABIA filius roboam. anni. iii. Hic pugnantem
contra se ieroboam superauit. occisis de exer
citu eius milibus quingentis. eo quod sperasset in
dn̄o. SABIA III. XXX.I.
ASA filius abia anni xli. Ab hoc conductus
benadab rex syrie damasci contra israhel.
percussit omnem terram neptalim. Latinorum
octauus. capis siluius egypti superioris re
gis filius regnauit annos xxviii. Asa
idola destruxit. templum mundat. et egre
dientem contra se zara ethiopem cum suo strauit
exercitu. Amri rex israhel emit montes sa
marie a somer duobus talentis argenti. et edi
ficat eam. Ahihel de bethel hiericho instaurat.
IOSAPHAT filius asa. anni. xxv. Helias thes
bithes tres semis annos pluuiam continue
nuit. propter peccata ahab et ipsius israhel. et inter
cetera magnalia heliseum filium saphat qui erat
de abelmaula. prophetam unxit prophetam. Latinorum
nonus carpentus siluius superioris regis ca
pis filius. regnauit. anni xiii. Postquam agrip
pa filius eius tiberinus siluius anni viii. a quo
& fluuius appellatus est. tiberis. qui prius albu
la dicebatur. Postquam agrippa siluius filius
eius. anni xl. Iosaphat fecit rectum coram dn̄o. III.lxiiii.
IORAM filius iosaphat anni viii. Helias
curru igneo rapitur quasi usque in celum. et he
liseus heres prophetie derelictus. primo miracu
lo aquas iherico sanat. In diebus ioram
recessit edom ne esset sub iuda. et constituit
sibi regem. Ambulauit autem ioram in uiis domus
ahab. filia quippe ahab erat uxor eius. III.lxv.
AZARIAS. filius ioram. anni. i. Ionadab filius
rechab clarus habetur. azariam cum filio suo
ioas et nepote amasia. ob immortalitatem scele
rum et quia nec pater filium nec quispiam eorum
bonum habebat. euuangelista matheus. a dn̄i
saluatoris genealogia secludit. III.lxxi.
ATHALIA mater azarie anni. vi. que uidens
interfectum ab iheu rege filiorum israhel filium
suum azariam. interficit omnem stirpem regiam
domus ioram. preter solum ioas filium azarie.

quē iosabeth soror azarie uxor ioiade pō
tificis furata ē. de medio filiorum regis cum in
terficerent. In hec inter parabolas vii. annis
ñec regnasse athalia narratur. III. XC. I.
IOAS filius azarie. annis xl. Iste bono prin
cipio. et fine usus pessimo: in principiis
sui regni. templum innouat. et in extremis
inter cetera facinora. zachariam quoque filium ioia
de nutritoris quondam ac significatoris sui
inter templum et altare, precepit lapidare. Quem obmemora
tor gratiam. dominus in euangelio filium barachie
id est. benedictio domini cognominauit. Lati
norum xii. aremulus siluius. agrippe
superioris regis filius. regnauit annis. xviiii: qui
presidium albanorum inter montes ubi nunc roma est
posuit. Huius filius fuit iulius, pauus iu
li, proculi: qui cum romulo romam commigrans.
fundauit iuliam gentem. III. C. XL.
AMASIAS filius ioas annis. xxviiii. Heliseus
propheta defunctus. sepelitur in samaria.
Azahel rex sirie affligit israel. Latinorum
xiii. auentinus siluius aremuli superioris
regis maior filius. regnauit annis. xxxvii: atque in
eo monte qui nunc pars urbis est. mortuus et se
pultus. eternum loco uocabulum dedit. III. C. XC. II.
AZARIAS qui et ozias filius amasie annis. lii.
Assiriorum tricesimus sextus thonos Concolerus.
qui uocatur grece sardanapallus. tarsum
atque anchialem condidit: et in prelio uictus
ab arbace medo. semet incendio concremauit. Usque ad id tempus fuisse reges assiriorum
historia refert: et fiunt simul anni. mcc
xxvii. Omnis autem anni assiriorum a primo anno nini.
mille cc xl. Latinorum xiiii. procas siluius
auentini superioris regis filius. regnauit annis. xx
iii: postquam xv. amulius siluius annis xliiii.
Arbaces medus assiriorum imperio destructo.
regnum in medos transtulit: ubi primus ipse
regnauit annis. xxviii. Macedonum regnum incho
at: primum habens regem charanum annis. xxviii.
Lacedemoniorum reges defecerunt: lydorum ceperunt.
IOATHAN filius ozie. annis xvi. Olimpias III. CC.
VIII.
prima. ab heliensibus constituitur: post an
nos troiane captiuitatis. cccc quinque. Remus
et romulus generantur marte et ilia. Ioatham
inter cetera uirtutum bonorum opera, portam domus
domini sublimissimam edificauit: quam in actibus
apostolorum speciosa uocatur. Omnes siquidem porte
templi in terra fuerunt. excepta spaciosa
que pendebat: que ab hebreis, porta uo
cabatur ioathan. III. CC. XXIIII.
ACHAZ filius ioathan annis xvi: Ab hoc
conductus theglat falasar rex assiriorum
rasin regem syrie interficit: et habitato
res damasci transtulit cyrenen. Roma
condita in monte palatino. xi. kalendas maias
geminis remo et romulo. filiis rehee sil
uie que erat filia numitoris fratris regis
amulii, uirgo uestalis sed stuprata. a con
sodalibus ludis sabine rapte. Anno

ab urbe condita tercio. remus rustro pastorali. a fabio romuli duce occisus est. III. CC. LIII.

Ezechias filius achaz ann. XXVIIII. huius anno sexto. salmanasar rex assyriorum capta samaria transtulit isr̄l in assirios. cuius regnum a primo hieroboam. steterat ann. CCL. Mortuo romulo qui XXXVIII. ann. reg. per quinos dies senatores rem publicam rexerunt. atque ita unus expletus est annus. Post quos. numa pampilius. ann. XLI. qui capitolium a fundamentis edificauit. III. CCC. VIII.

Manasses filius ezechie ann. LV. hic ob scelera sua catenatus et compeditus. in babiloniam ducitur. sed ob penitenciam et preces restituitur in regnum. Romanorum tercius tullius hostilius reg. ann. XXXII. Hic primus in regno romanorum purpura et fascibus usus est. et adiecto monte celio urbem ampliauit.

a Amon filius manasse ann. II. In hebraica ueritate duobus annis. in LXX. legitur regnasse XII. histrus ciuitas in ponto condita est. Amon a seruis suis interficitur. III. CCC. LI.

Iosias filius amon ann. XXXI. hic mundata iudea et ierusalem. templo etiam innouato. post abiectas idolatrie sordes. pascha domino celebrrimum fecit. XVIII. anno regni sui. et cum nechaone egyptiorum rege congressus, occiditur in campo mageddo. que nunc maximiano polis uocatur. Romanorum quartus ancus marcius nume ex filia nepos. reg. ann. XXIII. qui auentinum montem et ianiculum urbi addidit. et super mare. XVI. ab urbe miliario. hostiam condidit. Post quem tarquinius priscus ann. XXXVII. qui circum rome edificauit. numerum senatorum auxit. romanos ludos instituit. muros et cloacas edificauit. capitolium extruxit. In hebreo XXXI. annis regnasse iosias legitur. in LXX. interpretibus XXXII. Sed eusebius inter regnum eius et ioachim alium adicit annum. propter menses bis ternos quibus ioachaz uel ioachim. regnauerunt. Verum quid ueritas habeat. hieremias pandit. qui se a XIII. anno iosie. usque ad annum quartum ioachim. XXIII. annis prophetasse perhibet. et nabucodonosor quarto anno ioachim regnare cepisse. XVIII. autem regni eius anno ierosolimam fuisse destructam. III. CCC. LXXII.

Ioachim filius iosie ann. XI. Post iosiam regnauit ioachaz filius eius tribus mensibus. quem nechao uinctum ducens in egyptum. ioachim constituit regem. Huius anno tercio nabucodonosor capta ierusalem et plurimis captiuatis, in quibus erant daniel. ananias. azarias. et misael. partem uasorum templi babiloniam transfert. A quarto ioachim anno scriptura regnum nabuchodonosor computat. quod ex eo non solum caldeis, et iudeis. sed et assyriis. et egyptiis. moabitis aliisque innumeris gentibus incipit regnare. Ioachim qui et iechonias filius ioachim mensibus tribus

et diebus x. Hic circumdata a chaldeis ierusalem.
exiit ad regem babylonis cum matre sua et ductus est
in babiloniam cum populo suo anno octavo regni
nabucodonosor. iij.ccc.lxxiij.

Sedechias qui et mathanias filius iosie annis xi.
Huius anno xi. regis autem babylonis xviii.
iudea captivata in babiloniam et templum
domini incensum est. anno ex quo fundari cepit.
cccc.xxx. Qui autem reliqui fuerant iudei
transferunt in egyptum, qui post annos v. per
cussa a chaldeis. in babiloniam sunt et ipsi
transmigrati. V. mundi etas.

Quinta mundi etas ab exterminio cepit reg
ni iudei, quod iuxta prophetiam iheremie lxx.ta
iij.ccc.lxxx.iiij. annis permansit. Anno xiiii. postquam percus
sa est civitas, qui est xxv. annus transmigraci
onis ioachim, cum quo et ezechiel captivatus est,
Ipse ezechiel in visionibus dei adductus est
in terram israel audit renovationem dei civita
tis ac templi cerimoniarum que eius. Roma
norum vi. servius regnat annis xxxiiii, qui tres
montes urbi addidit. quirinalem. aesqui
linum. tinnalem (viminalem). fossas circum muros duxit.
census romanorum civium primus instituit.
viiij
iij.ccc.lxxx. Anno xxvi. post eversionem hierosolimorum
qui est annus xxxvii. transmigracionis re
gis ioachim. sublevavit evil merodach
rex babilonis anno quo regnare ceperat
caput ioachim regis iude de carcere et po
suit thronum eius super thronum regum qui erant

cum eo in babilone. Meminit huius temporis
adhuc propheta futuri iheremias ita scribens:
ecce ego mittam et adsumam universas cog
naciones aquilonis dicit dominus, et ad nabuco
donosor regem babylonis servum meum, et ad
ducam eos super terram istam et super habitatores
eius et super omnes nationes que in circuitu
illius sunt. Et interficiam eos et ponam eos
in stuporem et in sibilum et in solitudines sem
piternas, et servient omnes gentes iste regi
babylonis lxx annis. Cumque impleti fuerint
anni lxx.ta visitabo super regem babilonis et super
gentem illam dicit dominus iniquitatem eorum et super
terram chaldeorum et ponam illam in solitudines
sempiternas, et alibi scribens ad transmigra
cionem quam transduxerat nabucodonosor de
ierusalem in babilonem cum iechonia rege:
Cum ceperint inquid impleri in babilone
lxx.ta anni visitabo vos et suscitabo super
vos verbum meum bonum. Et reducam vos ad lo
cum istum ait dominus. Rursus eiusdem temporis iam pre
terita verba dierum recordantis, quis eva
serit gladium, ductus in babilonem servivit
regi et filiis eius donec imperaret rex persa
rum, et compleretur sermo domini ex ore hiere
mie, et celebraret terra sabbata sua, cunc
tis enim diebus desolacionis egit sabbatum,
usque dum complerentur lxx.ta anni. Anno autem
primo cyri regis persarum ad explendum ser
monem domini quem locutus fuerat per os

hieremie. suscitauit dns spm regis persarum.
& cetera. quib; uerbis ostendit quod uastata
chaldei iudea. non ut assyrii in samaria ali
os misere colonos. sed desertam reliquere
terram donec ipsi post annos lxx. in eam redi
ere iudei. Consentit his iosephus in x anti
quitatum libro. scribens templum & ierlm. et
omnem iudeam lxx annis permansisse deso
latam. qui rursum enumerando reges ba
bylonis. si tamen ipse sic scribit. & non codex
fallit mendosus. centum fere annos ab euersa ihe
rusalem usq; ad euersionem regni chaldeorum
fac colligi. scribit enim post nabucodonosor
qui teste scriptura sacra. xxxv. post euersam
ierlm uixit annos. euil merodach filium
eius. regnare ann. xviii. postque inegesar
filium ei. xl. cui successisse filium ei labosar
dac. mensibus. viiii. h defuncto. ad baltasar
qui nabaon nuncupatur. transisse imperium qui
cum iam v. & vii. regnauit annis. capta est ci
ro persarum & dario medorum rege babilonia.
& sequitur. Darius autem athagis filius qui babylo
niam destruxit imperium. cum cyro cognato suo
agebat annum sexagesimum & sextum. cum babilo
fuisset in uasa. quam alio nomine uocabat
agreecis. qq; danihelem prophetam sumens. ad se
in media duxit. omni cum honore celebrauit.
Huius darii danihel ipse ita meminit. In
anno primo darii filii asueri. de semine me
dorum qui imperauit sup regnum chaldeorum.

Ego danihel intellexi in libris numerum annorum
de quo factus est sermo dni ad hieremiam prophetam.
ut complerentur desolacionis ierlm. lxx. anni.
Eusebius in temporum libro xxx. annos ab euersione
ierlm. usq; ad initium cyri regis persarum. Iuli
autem africanus. lxx computat. Porro hieronimus
in exposicione prophete danihelis ita dicit. Tra
dunt hebrei huiuscemodi fabulam. usq; ad lxx.
annum quo hieremias captiuitatem populi iudeorum
dixerat esse soluendam. De quo & zacharias
in principio uoluminis sui loquitur. irritam
putans dei pollicitacionem balthasar. fal
sumq; permissum. uersus in gaudium. fecit
grande conuiuium. insultans quodammodo
spei iudeorum & uasis templi dei. sed statim
ultio consecuta est. iii. cccc. xxiiii. xx. xx.

PERSARUM primus cyrus regnat annis
xxx. Hic ut impleretur uerbum
dni ex ore hieremie primo sui regni anno.
laxata hebreorum captiuitate. L. ferme homi
num milia. regredi fecit in iudeam. restitu
ens eis uasa templi dni aurea & argentea.
v. cccc. Tum congregati in ierlm mense sep
timo. edificauerunt altare. & a primo die men
sis eiusdem. ceperunt offerre holocaustum dno.
Anno autem secundo aduentus sui. mense secundo. tem
pli fundamenta iecerunt. Anno uicensionis eius
iuxta africanum. lxx. ii. iuxta autem chroni
ca eusebii. xxxii. sed impedientibus sama
ritis intermissum est. opus usq; ad annum

darii .ii. qui etiam in regno assueri . et artax
versis scripserunt accusationem adversum
iudeos. et rescripsit artaxerses ne hedifica
retur. Hieronimus.

Romanorum septimus. tarquinius regnavit annis xxv.
qui causa tarquinii iunioris filii sui qui
lucreciam corrupat regno expulsus est.

iii.cccc. xxx.i. Cambyses cyri filius. annis viii. Hic devic
to egypto cuncta eius religione abhomi
natus. cerimonias eius et templa deposuit.
babylonem in egypto edificavit. Hunc ai
unt ab hebreis secundum nabuchodonosor vo
cari. sub quo iudith historia conscribitur.

iii.cccc. xxx.ii. Fratres magi. mensibus vii. Hiesus sacerdos
magnus. et princeps gentis zorobabel. aggeus
et zacharias et malachias prophete clarescunt.
Pythagoras physicus. philosophus clarus.

iii.cccc. lx.viii. DARIUS annis xxxvi. Inter darium et habetur
& cambisen regnasse duos fratres magos in libris
chronicorum eusebii repperimus. Verum hie
ronimus in exposicione danihelis. scri
bit post cambisen smerdem magum regnasse.
qui panthapten nomine filiam cambisis du
xit uxorem. qui cum a vii. magis fuisset occisus
& in loco eius darius suscepisset imperium.
eadem pantabites nupsit dario. et xerxen
ven filium genuit secundo anno darii. septu
agesimus captivitatis hieronimus annus im
pletur ut vult eusebius. teste adhibens
zachariam prophetam. apud quem secundo darii
anno loquitur angelus domini exercituum. usquequo
tu non misereberis ierusalem. et urbium iuda quibus
iratus es. iste septuagesimus annus est.

Item quarto darii regis anno dicitur de
propheta. cum ieiunaretis et plangeretis. per hos
lxx. annos. numquid ieiunium ieiunastis mihi.
Sexto darii anno templi edificatio imple
tur. die tercio mensis adar. qui est quadrage
simus sextus annus. ex quo eius sub cyro fun
damenta sunt iacta. Unde in euangelio dicit
iudei. xl. et vi. annis. edificatum est templum
hoc. Coeperunt autem edificare anno ii. da
rii. mense sexto. die xxiiii. et anno vi. ut
dictum est. mense xii. compleuerunt. Ex quo
apparet opus templi. & antea non parva ex
parte factum. Pulsis urbe regibus qui imper
averunt annis ccxliii. vix usque ad xv. la
pidem. roma tenebat imperium. Rome
post exactos reges primum consules arbitrio
esse ceperunt. deinde tribuni plebis
ac dictatores. et rursum consules rem pub
licam obtinuerunt per annos ferme cccc
lxiiii. usque ad iulium cesarem qui primus sin
gulare arripuit imperium. olimpiade c.

Xerxes filius darii annis xx. hic lxxxiiii. iii.cccc. lxxx.viii.
egyptum que a dario discesserat capit. et ad
versus greciam pugnaturus. dcc. milia
armatorum de regno. et trecenta de auxiliis. et
rostratas etiam naves mille ducentas. one
rarias autem iii. numero habuisse narratur.

ac tamen inclitus patriam refugit. Hero
dotus historiarum scriptor. et zeuxis pictor ag
III.CCCC LXXX.VIIII. noscuntur. Artabanus mensibus .vii. Socrates nascitur.
Artaxerxes qui et longa manus. id est III.D.
MAKPOXEIP. annis .xl. Huius anno .vii. XX.VIIII.
die prima mensis primi ezras scriba et sacer
dos legis dei ascendit de babilone cum episto
lis regis. et in prima mensis quinti uenit in
hierusalem. cum uiris mille .dcc. et inter alia
strenue gesta castigauit filios transmigra
tionis ab uxoribus alienigenis. eiusdem anno
.xx. neemias pincerna de susis castro adue
niens. murum ierusalem .lii. diebus restituit. et
ducatum gentis .xii. annis prebuit. Hucusque
diuina scriptura temporum seriem continet. que
uero post hec apud iudeos sunt gesta. de libro
machabeorum. et iosephi atque africani scriptis
exhibentur. qui deinceps uniuersam historiam
usque ad romana tempora persecuti sunt. Et quidem
africanus in quinto temporum uolumine. huius
temporis ita meminit. mansit itaque imperfectum
opus usque ad neemiam et uicesimum annum re
gis artaxerxis. quo tempore regni persarum .c.
et xv. anni fuerunt euoluti. captiuitatis
autem ierusalem centesimus octogesimus et quintus
annus erat. Et tunc primum artaxerxes ius
sit muros extrui ierusalem. cui operi prefuit ne
emias. et edificata est platea et muri circum
dati. et ex illo tempore si numerare uelis .lxx.
annorum ebdomadas usque ad christum poteris

inuenire. Xerxes mensibus .ii. postquem sogdia
nus mensibus .vii. plato nascitur. hipocrates me
dicus insignis habetur. III.D.XL.VIII.
Darius cognomento nothus annis .xviiii. egyp
tus recessit a persis. et reuersis de captiuitate iudeis
non reges sed pontifices prefuerunt. usque ad aristo
bolum qui cum dignitate pontificis etiam rega
le sibi cepit usurpare uocabulum. III.D.LXXX.VIII.
Artaxerxes qui cognominatus est mnemon. da
rii et parysatidis filius annis .xl. sub hoc rege
uidetur hester historia completa. Ipse quippe est
qui ab hebreis assuerus et a .lxx. interpretibus
artaxerxes uocatur. Athenienses .xxiiii. litteris
uti ceperunt. cum ante .xvi. tantum litteras
haberent. Carthaginensium bellum famosum. gal
li senones duce brenno romam inuaserunt
excepto capitolio. et incensam .vi. mensibus
uastauerunt. tribuni militares pro consulibus
esse ceperunt. Aristoteles auditorem se platoni
in septimo decimo etatis anno gerens. III.DC.XIIII.
Artaxerxes qui et ochus annis .xxvi. Iste egyp
tum suo iunxit imperio. nectanabo rege in ethi
opiam pulso. in quo egyptiorum regnum destruc
tum est. demosthenes orator omnium rumore
celebratur. Romani gallos superant. plato mo
ritur. post quem academiam speusippus tenuit.
Arses ochi filius annis .iiii. Iudeorum pontifex III.DC. XVIII.
maximus iaddus clarus habetur. cuius frater
manasses. templum in monte garizi constru
xit. speusippus moritur. cui succedit xenocrates

quarto ochi anno. Alexander philippi et olim
piadis filius. uicesimum etatis annum gerens.
macedonibus regnare incipit.

DARIVS arsami filius. ann. vi. Alexander ad
uersum illyrios. et tracas. feliciter dimicans.
subuersis thebis in persas arma corripuit. &
apud granicum flumen. regis ducibus oppressis. ar
bem sardis capit. Inde capta tyro iudeam inua
dit. a qua fauorabiliter exceptus victimas
templo
immolauit. et pontificem templi iaddum hono
ribus plurimis prosequitur. andromacho locorum
custode dimisso. Septimo regni sui anno
alexandriam in egypto condidit. nec mo
ra babilonem obtinuit interfecto dario.
in quo persarum regnum destructum est. quod steterat
rat ann. cc. xxxi. quo tempore. etiam latini
a romanis perdomiti sunt. III. dc. xxviii.

ALexander post mortem darii ann. v. reg. na
ana. vii. Alexander hyrcanos. et mardos ca
pit. reuertensque in ammone condidit pare
tonium. Inde indicum usque oceanum uictoriis
pocius quam bellis peruenit. ac babilone reuersus
xxxii uite. anno regni sui xii. anno ueneno au
tem periit. post quem translato in multo imperio. egyp
tum post ptolomeus lagi filius tenuit. mace
donas philippus qui et arideus frater alexandri.
syriam. et babiloniam et omnia regna orientis.
seleucus nicanor. asie regnauit antigonus.
qui apud danihelem per iiii. hyrci quia arietem
contererent cornua designatur.

EGIPTO. primus regnauit ptolomeus la
gi filius ann. xl. Appius claudius cecus ro
me clarus habetur. qui aquam claudiam in
duxit. et uiam appiam strauit. Ptolomeus
hierosolimam et iudeam in dicionem suam do
lo redactis. plurimos. captiuorum in egypto
transtulit. Iudeorum pontifex maximus
onias iaddi filius. clarus habetur. xiii.
ptolomei anno. syria et babilone et superiori
bus locis regnare incipit seleucus nica
nor. A quo tempore machabeorum hebrea hystoria.
grecorum supputat regnum. A quo et edesseni
sua tempora computant. Seleucus seleuciam. lao
diciam. anthiochiam. apamiam. edissam.
beroeam. et pellem. urbes condidit. Iude
orum pontifex maximus religiosissimus.
ac piissimus. simon onie filius clarus habetur.
post eleazarus frater eius. suscepit templi mini
sterium. filio eius onia paruo admodum
derelicto. Seleucus in eas urbes quas ex
truxerat iudeos transfert uiri ciuium.
& in municipalem ordinem cum grecis equali
honore concedens. IIII. dcc. vii.

PtoLomevs phyladelfus annis. xxxviii.
Sostratus nidius farum in alexandria
construxit. Ptolomeus iudeos qui in egyp
to erant liberos esse. permisit. et eleazaro pon
tifici multa hierosolimam ad templi dona
ria uasa transmittens. lxx. interpretes petiit.
qui scripturam sanctam in grecum uerterent

sett eloquium, orator agnoscitur. Iudeorum pontifi
catum post eleazarum auunculus eius manasses
accepit. Tante autem potentie fuisse narratur
ptolomeus iste philadelfus. ut ptolomeum patrem
uinceret. Narrant autem hystorie habuisse
secum peditum .cc. milia. equitum .xx. milia. curru
um .duo milia. elefantos quos primus adduxit
ex ethiopia .cccc. et cetera his similia. .iii. dcc.
p Ptolomeus euergetes. frater superioris regis. ann. xxvi. xxx iiii.
qui inde euergetes. ab egyptiis est uocatus. quia
capta syria. et cilicia. et prope modum uniuersa
asia. Inter innumera argenti pondera ac
uasa pretiosa que cepit. etiam deos eorum quos cam
bises capta egypto in persas portauerat. retu
lit. Iudeorum pontifex onias. simonis iusti fili
us clarus habetur; cuius item filius simon non
minori gloria fulget. sub quo ihesus filius sirach
sapientie librum componens quem uocant pa
nareton. etiam simonis in eo fecit mencionem.
p Ptolomeus philopator. filius euergetis ann. xvii. .iii. dcc. l.
Anthiochus rex syrie uicto philopatore. iu
deam sibi sociat. Iudeorum pontifex maximus
onias filius symonis. in signis habetur. ad quem
lace demoniorum rex arius legatos misit .iii. dcc. lxx
Ptolomeus epiphanes. filius phylopatoris ann. iiii.
xxiiii. secundus liber machabeorum apud iudeos
huius temporis gesta continet. ∞∞. xxxvi.
Onias sacerdos. ad sumptis iudeorum pluri
mis fugit in egyptum. et a ptolomeo honorifi
ce susceptus accipit eam que heliopoleos

uocabatur; et concedente rege templum extruxit
in egypto. simile templo iudeorum quod permansit
usque ad imperium uespasiani. ann. ccl.; sub
occasione igitur onie pontificis. infinita ex
annia iudeorum egyptum confugerunt. Eo
tempore et cirinsiorum multitudine repleta est. Hanc autem
ut onie. uel ceteris fuit causa egyptum petendi.
quod pugnantibus contra se magno anthiocho.
et ducibus ptolomei. posita in medio iudea. in
contraria studia scindebatur. aliis antiocho. aliis
ptolomeo fauentibus. .iii. dccc. viii. ∞∞.
p Ptolomeus phylometor ann. xxxv. Aristobolus nati
one iudeus. peripateticus philosophus agnos sett
citur. qui ad philometorem ptolomeum. expla
natione in mosen. comentarium scribsit. An
thiocus epiphanes. qui post seleucum cogno
mento philopatorem. anni regnauit .xi. in siria.
iudeorum lege in pugnans. omnia que sordibus ido
lorum complens. in templo. iouis olimpi simula
crum ponit; sed et in samaria super uerticem
montis garizim. iouis peregrini delubrum edi
ficat. ipsis samaritanis ut id faceret precanti
bus. Verum mathathias sacerdos. leges patrias
uindicat. aduersus anthyochi duces arma
corripiens. Quo mortuo. ducatum iudeorum susce
pit filius eius iudas machabeus. ann. cxlvi.
regni grecorum. uicesimo autem ptolomei. olim
piade. clv. Qui mox anthyochi duces de iu
dea expellens. et templum ab idolorum imagi
nibus emundans. patrias leges post triennium

sius cunctis reddidit. Unde post secessum
onie sacerdotis in egyptum. de quo supra diximus.
A morte alchimi. qui effugato onia. pontifica
tum indignus inuadere temptabat. omnium
fauore iudeorum machabeo sacerdotium decer
nitur; quod post mortem eius. frater ionathas. ann.
xviii. summa ministrauit industria. iii. dc. xxviii.

Ptholomeus euergetes ann. xxviii. Ionathas
dux iudeorum et pontifex. cum romanis et sparcia
tis amicitias facit; quo a trifone interfecto.
in sacerdotium frater eius simon adsumitur. anno
regni euergetis septimo. qui. viii. annis stre
nuissime gerens. filio iohanni reliquid. Hic ad
uersum hircanos bellum gerens. hircani
nomen accepit. et a romanis ius amicicie po
stulans. decreto senatus inter amicos relatus.
Samaria que nunc tempore sebaste uocatur. obsidi
one capta solo coequauit. quam postea herodes
instaurans. sebasten in honore augusti appel
lare uoluit. iii. dccc. lv. cxv. cxv.

Ptholomeus. fiscon qui et soter. ann. xvii. Cicero
arpini nascitur matre eluia. patre equestris
ordinis. ex regione fulcorum genere; hircano
in pontificatum quod ipse. xxvi. annis tenuit.
aristobolus succedit. anno. i; qui rex pariter
et pontifex primus apud iudeos diadema
tis sumpsit insigne. post. cccc lxxxiiii. an.
babylonie captiuitatis; post quem regnauit
ianneus cognomento alexander. ann. xxvi;
qui pontificatum quoque administrans. crude
lissime cunctis prefuit. iii. dccc. lxv.

Ptholomeus qui et alexander. ann. x. huius anno vii. Sy
ria in romanam dicionem cessit. capto phylip
po agabino. expulsus de regno ptolomeus fis
con. per matrem cleopatram in cyprum recedit. iii. dccc. lxxiii.

Ptholomeus qui a matre fuerat electus. annis. viii. re
gressus de fuga. regnum obtinuit. quia ale
xandrum qui ante eum fuerat. ob interfec
cionem matris ciues repulerant; Sylla athe
nienses uastat. iii. dcccc. iii.

Ptholomeus dionisius ann. xxx. Ab huius anno v.
alexandra uxor alexandri pontificis post
mortem eius, regnauit iudeis. ann. viiii. Ex quo
tempore iudeos rerum confusio. et uarie clades
oppresserunt. Post cuius mortem aristobolus
et hyrcanus filii eius contendentes de imperio dimi
cantes; occasionem prebuere romanis ut iudeam
inuaderent. Itaque pompeius hierosolimam
ueniens. capta urbe et templo reserato. usque
ad sancta sanctorum accedit; aristobolum uinctum se
cum abducit. pontificatum confirmat hyr
cano. deinde antipatrem herodis ascalonite
filium procuratorem palestine facit. Mansit que
in pontificatu hyrcanus. ann. xxxiiii. Virgilius
maro in pago qui andes dicitur. haut procul
a mantua; nascitur. pompeio et crasso. consulibus.
Pompeius captis ierusolimis. tributarios
iudeos facit. Virgilius cremone studiis eru
ditur. Cesar germanos et gallos capit; Brit
tanos. quoque quibus ante eum. ne nomen quidem

romanorum cogit, erat uectos obsidibus accep
tis stipendarios fecit. Cleopatra soror ptolo
mei. ann. xxii. Orto enim bello ciuili inter
cesarem et pompeium. uictus pompeius. ale
xandriam petiit. ibique ab ipso quem ... sperabat
auxilia ptolomeo percussus interiit. Hoc ce
sar alexandriam uenit. ipse quoque ptolome
parare uoluit insidias. Unde bello ei illato.
uictus in nilo perit. Cesar alexandriam po
titus. et regnum cleopatre dedit. cum qua consue
tudinem stupri habuerit. eius tercio reg
ni anno. ipse romanorum primus singulare
obtinuit imperium. a quo cesares romanorum
principes sunt appellati. Cleopatra regio co
mitatu urbem ingressa. iii. dcccc. xxxi.

Cesar ob insolentiam morum coniurantibus
in eum lx. uel amplius senatoribus equitibusque
romanis. in curia confossus interiit. post ann.
iiii. et menses. vi. quam regnare ceperat. Cassius
iudea capta templum. iii. dcccc. lxvi.

Octouianus cesar augustus romanorum
sextus regnauit. ann. lvi. et mensibus
vi. a quo augusti appellati reges romanorum.
quorum v. uiuente cleopatra. xl. et unum post
ea uixit annis xi. Augustiano. deficiente in
iudea pontificum principatu. herodes nul
lus ad eum pertinens ut pote antipatri ascaloni
te. et matris cypridis arabice filius. a ro
manis iudeorum suscepit principatum. quem
tenuit ann. xxxvi. qui ne ignobilis
forte et a iudeorum semine argueretur extra
neus. combussit libros omnes quibus nobilitas
gentis iudee in templo seruabatur ad
scripta. ut deficientibus probamentis. ipse
ad hanc pertinere putaretur. Insuper etiam
ut suam sobolem regio illorum generi commis
ceret. proiecta doside femina ierosolimi
tana quam priuatus acceperat uxorem,
et nato ex ea filio anti patro. Sociat sibi
mariamnen filiam alexandri. neptem aristo
boli. fratris hyrcani. qui ante eum rex erat
iudeorum. Hec quinque ei genuit filios. quorum
duos alexandrum et aristobolum. ipse necauit
in samaria. Nec mora post etiam matrem
illorum. quia in eius nouerat. simili scele
re perimit. Ex quibus aristobolus herodem agrippam ex
beronice susceperat filium. que in actibus
apostolorum ab angelo percussum legimus. Tercio
uero augustum et antonium orto bello. quod an
tonius qui asiam et orientem tenebat repu
diata sorore augusti. Cleopatram duxisset
uxorem. antonius et cleopatra uicti semet
ipsos interficiunt. Ab hoc tempore quidam primum anni
... augusti monarchie sub putant. Acte
nus qui uocabantur lagide. in egypto reg
nauerunt. ann. cc xcv. iii. dcccc. liiii.

Anno cesaris augusti. xlii.
a morte uero cleopatre et antonii.
Quando et egyptus in prouin
ciam uersatur. anno. xxvii. Olimpiadis

centesimi nonagesimi tertii anno primo.
Ab urbe autem condita anno dcc.lii. id est eo
anno quo compressis cunctis per orbem terre
gentium motibus firmissimam uerissimamque
pacem ordinatione dei cesar composuit.
Ihesus christus filius dei. sextam mundi
etatem suo consecrauit aduentu. Anno
imperii augusti xlvii. herodes morbo in
tercutis aque scatentibus toto corpore
uermibus miserabiliter et digne moritur.
Cui substituitur ab augusto filius eius arche
laus. regnauit annis viiii. id est usque ad ipsius au
gusti finem. Tunc enim non ferentibus ultra.
sed accusantibus apud augustum ferocitatem eius iudeis. in uienna urbe gallie re
legatur. Et ad minuendam iudaici regni potenciam. insolenciamque domandam. iiii.
fratres eius pro eo sunt tetrarche creati. herodes.
antipater. Lysias. et philippus. quorum philip
pus et herodes, qui antipas prius nuncupatus est.
etiam uiuente archelao tetrarche fuerant
iii. dcccc. lxxxviii. ordinati. Tyberius priuignus augusti. hoc est
liuie uxoris eius filius. ex superiore genitus
coniuge. regnauit annis xxiii. Huius anno xv.
pilatus iudee procurator. ab eodem dirigitur.
Herodes tetrarcha. qui iudeorum principatum
tenuit. annis xxiiii. in honore tyberii et ma
tris eius liuie tiberiadem condidit et liuiadem.
iii. dcccc. lxxxi. Anno xv. imperii tiberii. dominus post bap
tismum quod predicauit iohannes. mundo
regnum celorum adnunciat. A principio
mundi secundum hebreos anni. ut eusebius
in chronicis suis signat. iiii. milibus ad notan
do quod xv. anno tiberii. principium fuerit.
lxxxi. iubelei. secundum hebreos. quare autem
ita subputacio. unde xx. minus ponendos
estimauerit annos. facile qui superiorem libelli
huius legerit inueniet. Iuxta uero chronica
eadem quam ipse eusebius. de utraque edicione
ut sibi uidebatur composuit. anni sunt. v. cc. xxviii.
Anno xviii. imperii tiberii. dominus sua passi iii. dcccc.
one mundum redemit. Et predicantibus per iudee lxxxiiii.
regiones apostolis iacobum fratrem domini iherosolimis
episcopum ordinant. vii. diacones. et lapidato
stephano. ecclesia per regiones iudee et samarie
dispergitur. Agrippa cognomento herodes. filius
aristoboli filii herodis regis. accusator tetrar
che herodis romam profectus. a tiberio in uincla coniectus;
ubi plurimos dies sibi adsciuit ad amici
ciam. et maxime germanici filium gaium.
Gaius cognomento caligula. regnauit annis iii.
menses x. dies viii. Hic herodem agrip iii. dcccc. xcii.
pam amicum suum uinculis liberatum. regem
iudee facit. Qui permansit in regno annis
vii. usque ad quartum claudii annum. quo ab angelo
percusso. successit in regnum filius eius agrip
pa. et usque ad exterminium iudeorum. xxvi annis
perseuerat. Herodes tetrarcha. et ipse gaii a
micitiam petens. cogente herodiade romam
uenit. sed accusatus ab agrippa. etiam

tetrarchia pdidit. fugiensq; in hyspania cum
herodiade. merore periit. Pilatus qui senten
ciam dampnationis in xpm dixerat. tanti
irrogante gaio angoribus coartatus e.
ut sua se manu pimeret. Gaius iudeos sere
ferens. iudeor loca sci sordibus ydolor p
fanat. Mathes in iudeam pdicans. euuan
gelium scribit. IIII. VII. XX. XXXV.
CLAUDIUS. ann. XIII. menses VII. dies
XXVIII. Petrus apls. cu primus antiochie
fundasset ecclam. roma pgit. ibiq; XXV.
ann. cathedram tenet episcopale. id e. usq;
ad ultimum neronis annu. Marcus euu
glium qd rome scripserat. egypto petro
mittente pdicat. Quarto claudii anno.
fames grauissima. cuius lucas meminit
facta e. Eodem anno ipse brittania a dies
qm neq; ante iulium cesarem neq; p eum
quisq; adtingere ausus fuerat. sine ullo
prelio ac sanguine. intra paucissimos
dies plurima insule partem. indicioem
recepit. Orcadas etia insulas romano ad
iecit impio. ac sexto qm pfectus erat
mese roma redyt, nono regni sui anno.
iudeos tumultuantes. IIII. XXI. XX.
NERO ann. XIII. menses VII. dies XXVIII.
Huius sedo anno. festus iudee pcura
tor. successit felici. a quo paulus roma
iunctus mittit. ibiennui in libera ma
nens custodia. post hec ad pdicandum

roma expulit. Et ut lucas refert. se
quenti anno fames maxima
romam corripit.

dimittitur. uec du nerone. in tanta erum
pente scelera. quanta de eo narrat hysto
ria. Iacobus fr dni. cu XXX. ann. ierosol
limor rexisset ecclam. septimo neronis
anno. lapidatur a iudeis. & uindicantib;
in illo. qd paulu interficere nequiuerat.
Festo. magistrat. iudee. successit albinus.
Albino. Florus. Cuius luxuria. & auari
ciam. ceteraq; flagicia. non ferentes iudi.
cont romanos rebellauerunt. Aduer
sum quos. uespasianus. magist militie
transmissus. plurimas urbes iudee ce
pit. Persequtio pma. Primus nero. sup
omia scelera sua. xpianos psequitur.
Quor eximios. rome Petru cruce. paulu
occidit gladio. Hic in re militari nil omni
no ausus. brittaniam pene amisit. Na
duo sub eo nobilissima oppida. illic cap
ta atque euersa sunt. IIII. XXXI.
VESPASIANUS ann. VIIII. menses XI. dies
XXII. Hic apud iudeam impator ab exer
citu appellatus. & bellum tito filio com
mendans. roma p alexandria pficiscit.
Qui sedo anno. iudee regnu subuertit.
templuq; solo strauit. post annos prime
edificationis. XC. LXXX. VIIII, consumatu
hoc bellu. ann. IIII. duob; quide nerone
uiuente. & duob alys postea. Vespasian
int alia magnoru opu. in puata adhuc
uita in germaniam ac deinde in brittania

a claudio missus; tercies ibi cum hoste conflixit; duas validissimas gentes. xx. oppida. insulam vectam britannie proximam. imperio romano adiecit; colosus erigitur. habens altitudinis pedes. c. vii. iiij. xxxiij.

TITVS. ann. ii. menses. ii. vir omnium virtutum genere mirabilis. adeo ut amor & delicie humani generis diceretur. hic amphiteatrum. rome edificat. & in dedicatione eius. v. milia ferarum occidit. iiij. xl. viij.

DOMICIANVS. frater titi iunior. ann. xv. menses v. hic secundus post neronem christianos persequitur. sub quo iohannes apostolus in pathmos insula relegatus est. & flavia domicilla. flavii clementis consulis ex sorore neptis. in insula ponciana. ob fidei testimonium exiliatur. qui & ipsum iohannem fertur in ferventis olei dolium missise. sed iohannem tam immunem reddisse a penis. quam a corruptione carnis manebat semper immunis. iiij. L.

NERVA. ann. i. menses. iiij. dies. viij. hic primo edicto suo. cunctos exules revocavit. unde et iohannes apostolus hac generali indulgencia liberatus. ephesum rediit; & quia concussam se absente per hereticos vidit ecclesiam. fide confestim hanc de scripta in evangelio suo verbi dei eternitate stabilivit.

TRAIANVS. ann. xviiij. menses. vi. dies xv. iohannes apostolus lxmo. viij. anno post passionem domini. etatis autem sue nonagesimo. viiij. ephesi placida morte quievit; traiano adversum christianos persecucionem movente. Symeon qui et symon filius cleophe. iherosolimorum episcopus crucifigitur. & ignacius episcopus antiochie. romam perductus. bestiis traditur. Alexander quoque romane urbis episcopus. martirio coronatur. & septimo ab urbe miliario. via numentana ubi decollatus est. sepelitur. Plinius secundus. novocomensis orator. & historicus insignis habetur. cuius plurima ingenii opera extant. Pantheum rome. quod domicianus fecerat. fulmine concrematum. cui nomen. inde datum est. quod omnium deorum sit ipsa domus habitacio. Iudei per diversas terrarum partes. sedicione moventes. digna cede sternuntur. Traianus romani imperii. quod post augustum defensum magis fuerat quam nobiliter amplicatum. fines longe lateque diffudit. iiij. xc.

ADRIANVS consobrine traiani filius. ann. xxi. hic per quadratum discipulum apostolorum. & aristidem atheniensem. virum fide sapienciaque plenum. & per serenum granium legatum. libris christiana religione compositis instructus. precepit per epistolam christianos sine obiectione criminum non dampnari. Idem iudeos secundo rebelles. ultima cede perdomuit. etiam introeundi eis iherosolimorum licenciam ablata. quam ipse in optimum statum murorum extructione reparavit. et eliam vocari de nomine suo precepit. Idem eruditissimus in utraque.

lingua. bibliothecam athenis miri operis ex
truxit. Jherosolime primus ex gentibus consti
tuitur episcopus marcus. cessantibus his qui fue
rant ex iudeis. qui sunt numero xv. a pre
fuerunt a passione domini per annos fere c.vii. IIII.c.xiii.

Antonivs cognomento pius cum filiis suis
aurelio et lucio. ann. xxii. menses. iii. Justi
nus philosophus. librum pro christiana religione
compositum antonino tradidit. benignumque
eum erga christianos homines fecit. qui
longo post suscitante persecutione crescen
te. pro christo sanguinem fudit. sub pio rome
episcopo hermes scribsit librum qui dicitur pasto
ris. in quo preceptum angeli continetur. ut
pascha die dominico celebraretur. policarpus
romam ueniens. multos ab heretica labe cas
tigauit. qui ualentini et cerdonis fuerant
nuper doctrina corrupti. IIII.c.xxx.ii.

Marcus antoninus uerus cum fratre lu
cio aurelio comodo. ann. xviiii. mense i.
hii primum equo iure imperium administraue
runt. cum usque ad hoc tempus singuli augusti
fuerint. bellum deinde contra parthos am
mirabili uirtute et felicitate gesserunt.
Persecutione orta in asia. policarpus et pio
nius. fecere martyrium. In gallia quoque pluri
mi gloriose pro christo sanguinem fudere. nec
multo post uindex scelerum lues multas
late prouincias. italiam maxime romam que
uastauit. defuncto comodo fratre antonini
commodum filium suum consortem regni
facit. Antonino imperatori. melito asianus
sardensis episcopus apologeticum pro christianis tra
didit. Lucius brittannie rex. missa ad ele
utherium rome episcopum epistola. ut christianus
efficiatur impetrat. Apollinaris asianus.
hierapolitanus. et dionisius chorinthiorum clari habentur episcopi. IIII.c.xl.v.

Lucius antoninus commodus. post mortem
patris regnauerunt. ann. xiii. Hic aduer
sum germanos bellum feliciter gessit. ceterum
ipse per omnia luxurie et obscenitati manci
patus. nil paterne uirtutis et pietatis simi
le gessit. Hyreneus episcopus lugdunensis in
signis habetur. Commodus imperator co
lossi capite sublato. sue imaginis caput
ei iussit imponi. IIII.c.xl.vi.

Helius pertinax. mensibus vi. Hic occiditur
in palacio. iuliani iuris periti scelere. quem
mense vii. postquam ceperat imperare
seuerus apud pontem moluium bello cum
uictum interfecit. Victor xiii. rome episcopus
datis late libellis constituit pascha die
dominico celebrari. sicut et predecessor eius eleu
ther. a xiiii. luna primi mensis usque in xxi.
cuius decretis fauens theophilus cesaree
palestine episcopus scribsit aduersus eos qui
xiiii. luna. cum iudeis pascha celebrabant.
cum ceteris qui in eodem concilio aderant
episcopis synodicam et ualde utilem epistolam. IIII.c.lx.iii.

Seuerus pertinax. ann. xviii. Clemens

alexandrine ecclie presbiter. et pantheuus stoicus philosophus. in disputacione dogmatis nri. disertissimi habent. narcissus ierosolimorum epc. et teophilus cesariensis. policarpus quoq. et bachilus. asiane puinciae epi in signes habentur. Persecucione in xpianos facta. plurimi p diuersas puincias. inter quos. et leonides. et pat origenis martirio coronati sunt. Clodio albino q se in gallia cesarem fecerat. apud lugdunum interfecto. seuerus in brittanias bellum transfert. ubi ut receptas puincias ab incursione barbarica faceret securiores. magnam fossam. firmissimiq. uallum. crebris in sup turribus communitum. p. cxxxii. milia passuum. a mari ad mare duxit. et eboraci obiit. ppetua et felicitas apud kartaginem africe. in castris bestiis deputate. pro xpo nonas marcias. fe martirizate. IIII.C.LXX.

Antoninus cognomento caracalla. seueri filius ann. vii. Alexander epc cappadocie cum desidio locorum scorum ierosolima uenisset. et uiuente ad huc narcisso eiusdem urbis epo p senilis etatis uiro. et ipse ibi p consularis fili. omnium ecclesiarum sermone celebratur.

IIII.C. LXXI. Macrinus ann. i. Abgarus uir scs regnat edisse. ut uult africanus. macrinus cum filio diadumeno cum q imperium inuasit. apud archilaidem. militari tumultu occiditur.

IIII.C. LXXV. Marcus aurelius antoninus annis. iiii. ordinatur eps. dno ut id fieri debet p reuelatione monente. Tertullian afer. centurionis

In palestina nicopolis que prius emaus uocabatur. urbs condita est. legacionis industria pea suscipiente iulio africano, septore tpr. hec est. emaus. qm dns post resurrectionem. suo ingressu sicut lucas narrat. scificare dignatus est. Ypoliitus epc multorum conditor opusculorum. tpr canonem. quem scribsit. huc usq. pduxit. qui etiam sedecennalem pasche circulum repperiens. Eusebio qui sup eodem pascha decennouenale circulum composuit. occasionem dedit. IIII.C.LXXXVII.

Aurelius. alexander. ann. xiii. hic in mameam matrem suam unice pius fuit. et ob id omnibus amabilis. Vrbanus rome epc multos nobilium. ad fidem xpi et martirium pduxit. Origenes alexandrie. in toto orbe clarus habetur. dem q. mamea mater alexandri. eum audire curauit. et antiochia accitum. summo honore habuit. IIII.C.LXXX. VIII.

Maximinus ann. iii. hic aduersus ecclesiarum sacerdotes et clericos id est. doctores. psecutionem exercecit. maxime ppt xpianam alexandri. cui successerat. et mamm mee matris eius familiam. uel peipue ppt originem prbm. ponciamis et antheros romane urbis epi. martirio coronati. et in cimiterio calisti sunt sepulti. IIII.C. XC.VII.

Gordianus. ann. vi. Iulius african inter scriptores ecclesiasticos. nobilis habetur. qui in cronicis que conscribsit. refert se

alexandriam properare. et ab eius opinione celeberrima provocatum. quod in divinis et in philosophis studiis. atque omnium grecorum doctrinis instructissimum fama loqueretur. Hunc igitur in cesarea palestine. theodorum cognomento gregorium. et athenodorum adolescentulos fratres ponti postea nobilissimos episcopos divina philosophia imbuit. IIII.CC.IIII.

PHILIPPUS cum philippo filio annis VII. Hic primus imperatorum omnium christianus fuit. ac post tercium imperii eius annum millesimus a condicione rome annus expletus est. Ita magnificis ludis augustissimus omnium preteritorum hic natalis annus a christiano imperatore celebratus est. Origenes adversus quendam celsum epicurium philosophum qui contra nos libros conscripserat. VIII. voluminibus respondit. qui ut breviter dicam. tantum scribendi sedulus fuit. ut ieronimus quodam loco quinque milia librorum eius se legisse meminerit. IIII.CC.V.

DECIUS. anno I. mensibus III. Hic autem cum philippos patrem et filium interfecisset. ob odium eorum in christianos persecucionem movet. In qua fabianus in urbe roma martirio coronatus. sedem sui episcopatus cornelio dereliquit. qui et ipse martirio coronatus est. Alexander iherosolimorum episcopus apud cesaream palestine. et antiochie babillas interficiuntur. Hec persecucio ut dionisius alexandrie episcopus refert. non ex precepto imperatoris sumpsit exordium. sed anno integro principalia prevenit edicta. Minister demonum qui dicebatur in civitate ista divinus. superstitiosum contra nos exagitat vulgus. IIII.CC.VII.

GALLUS cum volusiano filio annis II. mensibus IIII. Huius imperio dionisius alexandrie antistes ita meminit. At ne gallus quidem malum decii aut videre potuit aut cavere. sed in eundem lapidem offensionis impegit. Cui cum regnum florenti initio et universa ei ex sententia cederent. sanctos viros qui pro pace regni eius deo summo supplicabant persequitur. Cum quibus et prosperitatem suam fugavit et pacem. Origenes LXX. etatis anno non ad integrum impleto defunctus est. et in urbe tyri sepultus est. Cornelius rome episcopus rogatus a quadam matrona lucina apostolorum corpora de catacumbas levavit noctu. et posuit pauli quidem via ostiensi ubi decollatus est. Petri autem iuxta locum ubi crucifixus est. inter corpora sanctorum episcoporum in templo appollinis. in monte aurelio in vaticano palatii neroniani. III. kl iulias. IIII.CC.XXII.

VALERIUS cum filio gallieno annis XV. Hic in persecucione christianos commota. statim a sapore persarum rege capitur. ibique luminibus orbatus servitute miserabili consenescit. Unde gallienus tam claro dei iudicio territus. pacem nostris reddidit. Sed ob meritum tamen vel proprie libidinis. vel paterne theomachie. innumera barbaris adsurgentibus romani regni detrimenta

sustinuit. Hac persecutione cyprianus char-
taginensis epc cuius doctissima extant op-
uscula, martirio coronatur. Cuius uite et passionis
uolumen egregium reliquit pontius diaconus
eius, qui usque ad diem passionis eius cum ipso
exilium sustinuit. Theodorus cuius supra me-
minimus cognomento gregorius neocesa-
ree epc magna uirtutum gloria claret. Ex quibus
unum est, quod ut ecclesie faciende locus suf-
ficeret, montem precibus mouet. Stephanus et sixtus
rome epi martirium passi. IIIICCXXIIII.

CLAUDIUS ann. I. m. VIIII. Iste gothos iam
per ann. XV. illiricum macedoniamque uastantes
superat, ob quae in curia clypeus aureus, in
capitolio statua aurea collocata est. Marcion
disertissimus antiochene presbiter ecclesie, quippe
qui in eadem urbe rethoricam docuerat, aduer-
sus paulum de samosathe qui antiochie
episcopus dogmatizabat xpm communis nature ho-
minem tantum fuisse, accipientibus notariis
disputauit, qui dialogus usque hodie extat. IIIICCXXVIII.

AURELIANUS ann. V. m. VI. Hic cum aduersum
xpi nomen persecutionem mouisset, fulmen
ante eum magno pauore circumstantium
ruit, ac non multo post a militibus occisus est
in itineris medio quod inter costantinopolim
et eracleam est strate ueteris, locus cenofru-
rium appellatur. Eutychianus rome epc mar-
tirio coronatus in cimiterio calisti sepelitur,
qui ipse CCCXLII. martires manu sua sepeliuit.

TACITUS ann. I. m. VI. quo apud pontum occi- IIIICCXXX.
so obtinuit florianus imperium diebus LXXX-
VIII. et sic apud tarsum interficitur. Anatho-
lius natione alexandrinus, laodicie syrie
epc, philosophorum disciplinis eruditus, plu-
rimo sermone celebratur. Cuius ingenii mag-
nitudo de libro quem super pascha composuit,
et de X. libris arithmetice institutionis potest
aptissime cognosci. Insana manicheorum he-
resis his temporibus oritur. IIIICCXXXVI.

PROBUS ann. VI. m. IIII. Hic gallias iam-
dudum a barbaris occupatas per multa et gra-
uia deletis tandem hostibus ad perfectum libera-
uit. Secundo huius anno, ut in chronicis euse-
bii legimus, iuxta antiochenos CCCXXV.
anni fuerunt, iuxta tyrios CCCCII., iuxta lao-
dicenos CCCXXIIII., iuxta edissenos DLXXX.,
iuxta ascalonitas CCCLXXX., secundum hebreos
initium LXXXVI. iubelei, quod significat
anni IIIICCL. Archelaus mesopotamie epc
librum disputationis sue quam habuit ad-
uersus manicheum exeuntem de perside
syro sermone composuit, qui translatus
a grecis habetur a multis. IIIICCXXXVIII.

CARUS cum filio carino et numeriano
ann. II. Gaius romane ecclesie fulget epc.
Qui a dioclitiano martirium passus est. Pie-
rius presbiter alexandrie sub theona epo flo-
rentissime populos docuit, et tanti sermo-
nis diuersorum tractatuum qui usque hodie

extant inuenit eliganciam, ut origenes ferri
or uocaretur. uir mire parsimonie et uolun
tarie paupertatis appetitor. qui post persecu
cionem eiusdem tempore uite. rome uersatus est. iiij.cc.lviij
Dioclecianus cum herculio maximia
no. ann. xx. Carausius sumpta purpura.
brittannias occupauit. Narseus rex persarum
orienti bellum intulit. quinquegenciani
africam uastauerunt. egyptum archileus
obtinuit. ob que constancius et galerius ma
ximianus cesares adsumuntur. in regnum.
constancius priuignam herculi theodoram
accipit. ex qua postea vi. liberos constantini
fratres habuit. galerius filiam diocleciani ua
leriam accepit. post x. annos per asclepiodotum prefectum
pretorio brittannie recepta. xviiii. anno diocle
ciani. ipse in oriente. maximianus herculius
in occidente uastari ecclesias. affligi. interfi
cique christianos preceperunt. Secundo autem persecuti
onis anno. dioclecianus nicomedie. maxi
mianus mediolani. purpuram deposuerunt.
Attamen cepta semel persecutio. usque ad septi
mum constantini annum feruere non cessat.
Constancius xvi. imperii anno. summe mansue
tudinis et ciuilitatis uir. in brittannia diem
obiit eboraci. Hec persecutio tam crudelis et
crebra flagrabat. ut intra unum mensem
xvii. milia martirum pro christo passi inueniantur.
nam et oceani limbum transgressa. albanum
et aaron. et iulium. brittannie cum aliis pluribus

uiris ac feminis felici cruore dampnauit.
passus est. hac pamphilus presbiter eusebii cesari
ensis episcopi necessarius. cuius uitam ipse tribus
libris comprehendit. Tercio anno persecutionis iiij.cc.lviiij
quo et constancius obiit. maximinus et seuerus
a galerio maximiano cesares facti. E quibus
maximinus maleficia et stupra sua. christianorum
persecutionibus accumulat. passus est ea tempes
tate. petrus alexandrie episcopus. cum pluribus
egypti episcopis. lucianus quoque uir moribus et conti
nencia et erudicione precipuus. anthiochene ecclesie
presbiter. passus est. et timotheus rome. x. kl. iulias.
Constantinus constancii. ex concubina iiij.cc.xc.
helena filius. in brittannia creatur imperator.
regnauit annis. xxx. et menses x. Ab anno per
secutionis. iiij. maxencius herculi maximi
ani filius. rome augustus appellatur. Licinius
constancie sororis constantini uir carnunti
imperator creatus. constantinus de persecutore
christianus efficitur. In niceno concilio fides
catholica exponitur. anno post alexandrum
dc.xxxvi. die mensis. secundum grecos desii nono
decimo. quod est. x. kl. iulias. Consulatu pau
lini et iuliani. Constantinus fecit rome .r.
ubi baptizatus est. basilicam beati iohannis baptiste.
que appellatur constantiniana. Item basilicam
beato petro in templo apollonis. nec non
et beato paulo. corpus utriusque aere cyprio
circumdans. v. pedes grosso. Item basilica in palacio
sessoriano que cognominatur iherusalem.

ubi lignum crucis domini posuit. Item basilicam
sancte martiris agnes ex rogatu filie sue. et bapti
sterium in eodem loco. ubi et baptizata est soror
eius constancia cum filia augusta. Item basili
cam. beato laurentio martiri via tiburtina. in
agro verano. Item basilicam in via lavicana
inter duas lauros. beato petro. et marcellino
martiribus. et mausoleum ubi matrem suam posuit
in sarcofago purpureo. Item basilicam in ci
vitate hostia iuxta portum urbis rome be
atorum apostolorum petri et pauli. et iohannis bapt. Item
basilicam in civitate albanensi. sancti iohannis bapt.
Item basilicam in urbe neapoli. Idem constanti
nus drepanam bithynie civitatem. in honore
martiris luciani ibi conditi instaurans. ex voca
bulo matris sue helenopolim nuncupavit.
Idem urbem nominis sui statuens in thracia.
sedem romani imperii et totius capud orientis
esse voluit. Idem statuit sine ullam hominum
cede paganorum templa claudi. IIII. CCC. XIIII.

CONSTANTINUS cum constantio et constante
fratribus annis. xxiiii. mensibus. v. dies xiii. Iacobus nisibinus
episcopus agnoscitur. Ad cuius preces. sepe urbs discrimi
ne liberata est. Impietas arriana constantii re
gis fulta presidio. exiliis carceribus. et variis
afflictionum modis primum athanasium. deinde
omnes non sue partis episcopos persequuta est. Maxi
minus treverorum episcopus. clarus habetur. a quo
athanasius alexandrie episcopus cum a constantio
quereretur ad penam. honorifice susceptus est.
Antonius monachus centesimo quinto etatis
anno. in heremo moritur. Reliquie apostoli timo
thei. constantinopolim invecte. Constantio
romam ingresso. ossa andree apostoli et luce euan
geliste. a constantinopolitanis miro favore
suscepta. Hylarius pictavensis episcopus qui pul
sus ab arrianis. in phrigia exulaverat. cum
apud constantinopolim librum pro se constantio
porrexisset. ad gallias rediit. IIII. CCC. XVI.

IULIANUS anni. II. mensibus. VIII. Iulianus ad ido
lorum cultum conversus. christianos persequitur. paga
ni apud sebasten palestine urbem. sepulcrum
iohannis bapt. invadunt. ossa dispergunt. eadem
rursum collecta. et cremata. latius dispergunt.
sed dei providencia adfuere quidam ex ierosoli
mis monachi commixti colligentibus. qui quecumque
poterant ablata. ad patrem suum philippum pertu
lere. Ille confestim hec supra se esse ducebat tan
tum thesaurum propriis servare vigiliis. ad pon
tificem maximum tunc athanasium per iulianum
diaconem suum mittit. que ille suscepta. paucis arbitris
subcavato sacrarii pariete inclusa. prophetico
spiritu profutura generacioni posterę conserva
vit. Cuius presagium sub theodosio principe
per theophilum eiusdem urbis episcopum completur.
qui destructo serapis sepulcro. sancti iohannis ibidem
consecravit ecclesiam. IIII. CCC. XVII.

IOVINIANUS anni. I. menses. VIII. Sinodus
antiochie a melecio et suis facta in qua homo
usion. et anomoion reiecto. medium inter hec

homo usion. macedoniani dogma uindicaue
runt. Iouianus labsu costanti predecessoris
admonitus. honorificis et officiosissimis litteris
athanasium requirit. Ab ipso forma fidei et
ecclesiarum disponendarum suscepit modum sed ei
pia letaque principia. mors inmatura corrupit.

Valentinianus cum fratre ualente ann. xi. IIIJ. ccc. xviij
Apolinaris laodicenus episcopus multimoda nostre re
ligionis scripta componit. qui postea a fide
deuians. heresim sui nominis instituit. Dama
sus rome episcopus fecit basilicam. iuxta teatrum
sancto laurencio. et aliam in catacumbas ubi ia
cuerunt corpora sancta apostolorum petri et pauli. in quo loco
platomam ipsam ubi iacuerunt corpora sancta
uersibus adornauit. Valens ab eudoxio arria
norum episcopo baptizatus. nostros persequitur. Gracianus
ualentiniani filius tercio eius anno ambianis
imperator factus est. Costantinopoli. apostolorum mar
tirium dedicatur. Post auxentij arriani mortem
mediolani ambrosio episcopo constituto. omnis ad fi
dem rectam italia conuertitur. Hylarius
episcopus pictauis moritur. IIIJ. ccc. xxxij.

Valens. cum graciano. et ualentiniano. fratris
sui filiis. ann. iiij. Valens lege data. ut mona
chi militare nolentes. fustibus iussit interfici.
gens hunorum diuina cessis reclusa montibus.
repentina rabie percita exarsit in gothos. eos
que sparsim conturbatos. ab antiquis sedibus
expulit. gothi transito danubio fugientes.
a ualente sine armorum dispositione suscepti.
mox per auariciam maximi ducis. fame ad
rebellandam coacti sunt. uictoque ualentis exercitu.
per traciam sese infundentes. simul omnia cedibus.
incendiis. rapinisque. fuderunt. IIIJ. ccc. xxxviij.

Gracianus cum fratre ualentiniano ann. vi.
Theodosius a graciano imperator creatus. ma
ximas illas scithicas gentes. hoc est. alanos. hunos.
et gothos magnis multisque preliis uicit. eius
concordiam non ferentes arriani. post xl.
annos ecclesias quas inuasere reliquerunt.
Sinodus cl. patrum congregatur in urbe augus
ta. aduersus macedonianum sub damaso ro
me episcopo. Theodosius archadium filium suum
consortem facit imperii. A secundo graciani anno
ipso sexies. et theodosio consulibus. theophilus
paschalem computum scribit. Maximus
uir quidam strenuus et probus. atque augusto
dignus. nisi contra sacramenti fidem per tiran
nidem emisisset. in britaniam inuitus pene
modum ab exercitu imperator creatus. in galliam
transiit. ibique gracianum augustum dolis cir
cumuentum apud lugdunum occidit.
fratremque eius ualentinianum italie expulit.
qui tamen iustissimam cum matre sua iust
ina poenas luit exilii. quia ipsum arriani
heresis polluit et eminentissimam catholice fidei
arcem ambrosium perfida obsidione uexa
uit. nec prius quam platis beato ambrosio martyrum geruasi
et prothasi martyrum deo reuelante reliquiis
incorruptis nefanda cepta deseruit.

IIII.CCC.LX VIII. Theodosius qui graciano uiuente .vi. anni. iam
orientem regebat. post mortem eius regnauit
anni. xi. Ipse et ualentinianus quem italia ex
pulsum benigne susceperat. maximum ti
rannum tercio ab aquileia lapide interfici
unt; qui quoniam britaniam omni pene armata
iuuentute. copiisque militaribus expoliauerat.
que tirannidis eius uestigia secuta in gallias
nunquam ultra domum rediere. Videntes
transmarine gentes seuissime scottorum. ac
pictorum. ab aquilone dis(s)titutam milite ac
defensore. insulam aduenerunt. et uastatam
direptamque eam. multos per annos obprimunt.
Hieronimus sacre interpres historie. librum
quem de inlustribus ecclesie uiris scribit. usque ad
xiiii. totius imperii theodosianum perducit.
IIII.CCC.LXXI. Archadius filius theodosii cum fratre honorio
anni. xiii. Corpora sanctorum abacuc et michee
prophetarum. diuina reuelacione produntur. gothi
italiam. uuandali atque alani galliam adgre
diuntur. Innocentius rome episcopus dedicauit
basilicam geruasii et prothasii martirum beatis
simorum. ex deuocionis testamento cuiusdam
inlustris femine uestine. pelagius brit
to. dei gratiam inpugnatur. IIII.CCC.LXXVII.
HONORIVS. cum theodosio minore fratris
sui filio. anni xv. Halaricus rex gothorum romam
inuasit. uero partemque eius cremauit
incendio. viiii. kalendas septembris anno condicionis
eius m°c°lx°iiii°. a sexto die
quam ingressus fuerat depredata urbe
egressus est. Lucianus presbiter cui reuelauit
deus septimo honorii principis anno locum
sepulcri et reliquiarum protho martiris stephani et ga
malielis. ac nicodemi qui in euuangelio et in
actibus apostolorum leguntur. scripsit ipsam reuela
cionem greco sermone ad omnium ecclesiarum
personam. quam reuelacionem auitus presbiter homo
hispanus genere. in latinum uertit eloquium.
et adiecta epistola sua per horosium presbiterum occiden
talibus dedit; qui eciam horosius ad loca sancta
perueniens. quo eum augustinus ad hieronimum
pro discenda racione anime miserat. reliquias
beati stephani accepit et patriam reuersus. pri
mus intulit occidenti. britanni scothorum pic
torumque infestacionem non ferentes romam mit
tunt. et sui subiectione promissa contra hostem
auxilia flagitant. Quibus statim missa legio.
magnam barbarorum multitudinem sternit.
ceteros brittannie finibus pellit. ac domum
reuersura. precepit sociis ad arcendos hos
tes murum trans insulam inter duo maria
statuere. qui absque artifice magistro. ma
gis cespite quam lapide factus. nichil operan
tibus profuit. Nam mox ut discessere roma
ni. aduectus nauibus prior hostis. quasi ma
turam segetem. obuia queque sibi cedit. cal
cat deuorat. Iterum petenti auxilia. ro
mani aduolant. et cesum hostem trans ma
ria fugant. Coniunctisque sibi brittannis.

murum non terra ut ante puluereum, sed saxo
solidum, inter ciuitates quae ibidem ob metum hos
tium fuerant facte, a mari usque ad mare col
locant. Sed et in littore meridiano maris, qua
et inde hostis timebatur, turres per interualla
ad prospectum maris statuunt, sic ualedicunt
sociis, tamquam ultra non reuersuri. Bonifacius
rome episcopus fecit oratorium in cimiterio sancte
felicitatis, et ornauit sepulcrum eius et sancti silua
ni. Hieronimus presbiter obiit xij. honorii an
no xij. kł oct. anno etatis sue xci. iiij.cccc.iij.
Theodosius minor archadii filius ann.
xxvi. Valentinianus minor constancii filius
rauenne imperator creatus. Placida mater
eius augusta nuncupatur. Efferagens uuan
dalorum alanorum et gothorum ab hispaniis ad
affricam transiens, omnia ferro, flamma, ra
pinis, simul et arriana impietate fedauit.
Sed beatus augustinus hipponensis episcopus
et omnium doctor eximius ecclesiarum, ne ciui
tatis sue ruinam uideret, tercio obsidionis
eius mense migrauit ad dominum .v. kł septb.
cum uixisset annos .lxxvi. in clericatu autem
uel episcopatu annos ferme .xl. complesset. Quo
tempore uuandali capta kartagine, siciliam
quoque deleuerunt, cuius captiuitatis pascha
sinus lilybitanus antistes in epistola quam de
racione paschali pape leoni scribsit memi
nit. Ad scottos in christum credentes ordinatur
a papa celestino Palladius primus episcopus mittitur.

anno theodosii .viii. recedente a brittania
romano exercitu, cognoscentes scotti et picti, ce
leri navigatione redeunt, et ipsi totam
ab aquilone insulam pro indigenis muro tenus
capessunt. Nec mora cesis, captis, fugatis cus
todibus muri et ipso interrupto, etiam intra
illum crudelis predo grassatur. Mittitur
epistola lacrimis erumnisque referta ad ro
mane potestatis uirum aetium, ter consu
lem, uicesimo tercio theodosii principis
anno petens auxilium, nec impetrat. Interea
fames dira ac famosissima profugos infestat,
qui coacti quidam hostibus dedere manus, alii
de montibus, speluncis, ac saltibus strenue
repugnabant, et strages hostibus dabant. Reuertun
tur scotti domum, post non multum tempus
reuersuri. Picti extremam insule partem
tunc primum et deinceps inhabitantes
detinent. Famem prefatam magna frugum
opulencia, opulenciam luxuria et negli
gencia, negligenciam lues acerrima et a
crior mox hostium nouorum, id est anglorum
plaga secuta est. Quos illi unanimo consilio
cum rege suo uertigerno quasi defensores
patrie ad se inuitandos elegerunt, sed ex
ceptos mox inpugnatores atque expugnato
res senserunt. Xystus rome episcopus fecit ba
silicam sancte marie matris domini, que ab antiquis
liberii cognominabatur. Eudoxia uxor
theodosii principis ut ab hierosolimis

remeauit. beatissimi stephani primi martyris reliquias. que in basilica sci laurentii posite uenerantur secum detulit. Bethla et atila fratres multarumq. gentium reges illiricum traciamq. depopulati sunt. iiii. cccc. x. xx. xxxv.

Marcianus et ualentinianus ann. vii. Gens anglorum. siue saxonum. brittaniam tribus longis nauibus aduehitur. Quibus dum iter prosperatum domi fama referret. mittitur exercitus fortior. qui iunctis prioribus. primo hostes quos petebatur abigit. Deinde in socios arma uertens. totam prope insulam. ab orientali eius plaga usq. ad occidentale igni uelense subigit. conficta occasione quod pro se militantibus brittones minus sufficienter stipendia darent. Iohannes baptista caput suum duobus monachis orientalibus qui ob orationem uenerunt hierosolimam. iuxta herodis quondam regis habitaculum reuelat. quod deinceps edissam fenicie urbe platum. digno honore cultum est. Heresis brittanorum pelagiana turbat fidem, qui a gallicanis episcopis auxilium querentes germanum autisiodorensis ecclesie episcopum et lupum trecassinum aeque apostolice gratie antistitem fidei defensores accipiunt. Confirmant antistites fidem uerbo ueritatis. simul et miraculorum signis. Sed et bellum saxonum. pictorumq. aduersus brittones. eo tempore iunctis uiribus susceptum. diuina uirtute retundunt. Nam germanus ipse dux factus belli. non tube clangore. sed clamore alleluiae. toctius exercitus uoce ad sidera leuata. hostes in fugam uertit immanes. Qui deinceps ad rauennam perueniens. et summa reuerentia a ualentiniano et placida susceptus. migrauit ad xpm; corpus cuius honorifico agmine. comitantibus uirtutum operibus. autisiodoro defertur; Aetius patricius occidentalibus rei publice salus. et regi quondam attile terror. a ualentiniano occiditur. cum quo hesperium cecidit regnum. neque actenus ualuit releuari. iiii. cccc. xxvii.

Leo ann. xvii. Hic pro thomo calcidonense. per uniuersum orbem singulis orthodoxorum episcopis. singulisq. consonantesq; misit epistolas. quid de eodem thomo sentirent. rescribi sibi postulans. Quorum adeo consonancia de uera xpi incarnatione suscepit omnium rescripta. ac si uno tempore unoq. dictante fuissent uniuersa conscripta. Theodorus episcopus ciuitatis que a cyro persarum rege condita cyrie nomen habuit. scribit de uera incarnatione domini saluatoris aduersus eutichen. et dioscorum alexandrie episcopum. qui humanam in xpo carnem negant. scribsit et historiam ecclesiasticam. a fine librorum eusebii usq. ad suum tempus. Uictorius iubente papa hylario scripsit paschalem circulum. d. xxx. duorum

Zenon. ann. xvii. iiii. cccc. annorum. xliiii.

Corpus barnabe apostoli et euangelium mathei

eius stilo scriptum. ipso reuelante repperi
tur. Odoacer rex gothorum romam obtinuit.
quam ex eo tempore diu eius eorum reges tenuere;
mortuo theoderico triari filio. Alius theode
ricus. cognomento ualamer. gothorum susce
pit regnum. qui utramque macedoniam. the
saliamque depopulatus est. et plurimum regie ciui
tatis loca igne succendens. italiam quoque in
festus occupauit. Hunericus rex uuanda
lorum. arrianus. in africa exulatis diffugatisque
plus quam .ccc.xxxiiij. episcopis catholicis. ecclesias
eorum clausit. plebem uariis afficit suppliciis;
et quidem innumeris manus abscidens. lin
guas precidit. nec tamen loquelam catholice
confessionis eripere potuit. Britones duce
ambrosio aureliano uiro modesto. qui solus
forte romane gentis saxonum cedi super
fuerat occisis. qui eadem parentibus pur
pura indutis. uictricem eorum gentem prouo
cantes ad prelium uincunt. Et ex eo tempore mo
do hii. nunc illi palmam habuere. donec aduenientibus
potencior tota per longum potiretur insula. IIII.cccc.
Anastasius. ann. xxuiij. Trasamundus lxxij.
uuandalorum rex. catholicas ecclesias clausit.
et cc xx. episcopos exilio sardiniam misit. Sym
machus papa uir multa ecclesiarum opera que uel a
fundamentis creauit. uel prisca renouauit.
Ad beatum petrum et beatum paulum et beatum lau
rencium. pauperibus habitacula construxit. et
omni anno pecuniam ut sardiniam episcopis

qui in exilio erant pecunias et uestes mi
nistrabat. Anastasius quia heresi fauens
eutycetis. catholicos insectatus est. diuino ful
mine periit. IIIJ.cccc.lxxx.xxx.xiii.x.
Iustinus senior ann. uiii. Iohannes romane
ecclesie pontifex constantinopolim ueniens. ad
portam que uocatur aurea. per turbis ei occur
rentibus. in conspectu omnium roganti ceco
lumen reddidit. Qui dum rediens rauennam
uenisset. theodericus eum cum comitibus carce
ris afflictione peremit. inuidia ductus. quia
catholice pietatis defensor iustinus eum ho
norifice suscepisset. quo anno idem theodericus
in urbe boetium et symmachum patricios rauen
ne occiderat. et ipse anno sequente ibidem
subita morte periit. succedente in regno atha
larico nepote eius. Hildericus uuandalorum
rex episcopos ab exilio reuerti et ecclesias instau
rare precepit. post lxxiiij. heretice profanationis.
Benedictus abbas. uirtutum gloria claruit.
quas beatus papa gregorius. in libro dialogorum
scribsit. IIIJ.D.xviij. [illegible]
Iustinianus iustini ex sorore nepos eius
ann. xxxviij. Belisarius patricius a iustiniano
in africa missus. uuandalorum gentem de
leuit. Kartago quoque anno excessionis sue xcmo
uito. recepta est. pulsis deuictisque uuandalis. et
gelismero rege eorum capto. a constantinopolim
misso. Corpus sancti antonii monachi. diuina
reuelacione repertum alexandriam defertur.

et in ecclesiam beati iohannis bapt. humatur.
Dionisius paschales scribit circulos. incipi
ens ab anno dominicae incarnationis. DXXXII.
qui est annus diocletiani. CCXLVIII. post con
sulatum lampadii et orestis. quo anno codex iustini
ani orbi promulgatus est. Victor quoque capua
nus episcopus librum de pascha scribens. victo
rii arguit errores. IIII.D.XXX.VI.
Iustinus minor ann. XI. Narsis patricius
totilam gothorum regem in italia superavit et
occidit. qui deinde per invidiam romanorum.
pro quibus multa contra gothos laborave
rat. accusatus apud iustinum et coniugem eius
sophiam. quod servicio premeret italiam.
secessit neapolim campaniae et scribsit
genti langobardorum ut venirent et possi
derent italiam. Iohannes romanae ecclesiae pon
tifex. ecclesiam apostolorum philippi et iacobi quam
predecessor eius pelagius ceperat fecit et dedicavit.
TIBERIUS constantini ann. VII. Gregorius
tunc apocrisiarius in constantinopolim.
post romanus episcopus, libros exposicionis in
iob condidit et eutichium eiusdem urbis episcopum
in fide nostrae resurrectionis errasse. tiberio
presente convicit. ita ut ipse augustus li
brum eius quem de resurrectione scrib
sit. suis quoque catholicis allegationibus des
truens. deliberaret flammis cremari debu
isse. Docebat enim idem eutichius. corpus
nostrum in illa resurrectionis gloria. inpalpa
bile et ventis aerique subtilius esse futurum. Contra
illud dominicum. palpate et videte quia spiritus
carnem et ossa non habet. sicut me videtis
habere. gens langobardorum comitante fa
me et mortalitate. omnem invadit italiam.
ipsamque romanam vastatrix obsidet ur
bem. quibus tempore illo rex preerat albuinus. IIII.D.LVII.
Mauricius ann. XXI. Hermenigildus
leuuigildi gothorum regis filius. ob fidei catho
licae confessionem inexpugnabilem. a patre
arriano regno privatus et exulis et in carce
rem ac vincula proiectus. Ad extremum
nocte sancta dominicae resurrectionis securi
in capite percussus. regnum caeleste pro terre
no rex et martyr intravit. cuius frater recaredus.
mox ut regnum post patrem accepit. omnem
gothorum cui preerat gentem. instante lean
dro hispaliano episcopo. qui et hermenigildum
docuerat. catholicam convertit ad fidem.
Gregorius romanae ecclesiae pontifex et
doctor eximius. anno mauricii imperii XIII.
Indictione XIII. synodum episcoporum XXIIII. ad cor
pus beati petri apostoli congregans. de necessa
riis ecclesiae decernit. Idem missis brittaniam
augustino. mellito et iohanne et aliis pluribus
cum eis monachis timentibus deum. ad Christum
anglos convertit. Et quidem edilberct rex
mox ad Christi gratiam conversus cum gente
cantuariorum cui preerat proximisque provinciis.
etiam episcopum datoremque suum augustinum

sed et ceteros sacros antistites episcopali sede
donavit. Porro gentes anglorum ab aquilonari
humbri fluminis sub regibus aelle et edilfri
do site, needum verbum vite audierant.
Gregorius xviii. anno mauricii indictione iiii.
scribens augustino, lundonie quoque et eboraci episcopos.
accepto a sede apostolica pallio, metropolitanos
esse debere decernit. IIII.D.LXV.
FOCAS ann. viii. Huius secundo anno indicti
one octava, gregorius papa migravit ad dominum.
Hic rogante papa bonefacio, statuit sedem roma
ne et apostolice ecclesie, caput esse omnium ecclesiarum.
Quia ecclesia constantinopolitana, primam se omnium
ecclesiarum scribebat. Idem, alio papa bonefacio
petente, iussit in veteri fano quod pantheum
vocabatur, ablatis ydolatrie sordibus, ec
clesiam beate semper virginis marie et omnium martyrum
fieri, ut ubi quondam omnium non deorum sed de
moniorum cultus agebatur. ibi deinceps omnium
fieret memoria sanctorum. Perse adversus rem
publicam gravissima bella gerentes, multas
romanorum provincias et ipsam hierosolimam
auferunt. et destruentes ecclesias. sancta quoque pro
fanantes, inornamenta locorum vel sanctorum vel com
munium. que abstulere, etiam vexillum
dominice crucis adducunt. IIII.D.XC.I.
HEraclius. ann. xxvi. Anastasius persa
monachus, nobile pro christo martyrium patitur; qui
natus in perside magicas a patre puer artes
discebat. Sed ubi a captivis christianus christi nomen accepit.

mentem mox animumque ei toto conversus, relicta
perside, calcedoniam hierapolim que christi nomen
querens. ac deinde hierosolimam petit. Ubi
accepta baptismatis gratia, quarto ab eadem
urbe miliario, monasterium abbatis anastasii
intravit. Ibi quoque septem annis regulariter vivens. dum
cesaream palestine orationis gratia venisset.
captus a persis et multa diu verbera inter car
ceres et vincula, marzabana iudice perpessus.
tandem mittitur persidem eorum ad regem chos
droe, a quo tercio per intervalla temporis verber
atus. ad extremum una suspensus manu.
per tres horas diei, sic decollatus cum aliis lxx.
martyrium complevit. Mox tunica eius
indutus quidam demoniacus, curatus est.
Interea superveniens cum exercitu suo he
raclius princeps, superatis persis, christianos
qui erant captivati, reduxit gaudentes;
reliquie beati anastasii martyris primo monas
terium suum, deinde romam adducte,
venerantur in monasterio beati pauli apostoli
quod dicitur ad aquas salvias. Anno eracli
regni xvi. indictione xv. eduuini excellentis
simus rex anglorum in brittania transum
brane gentis ad aquilonem, predicante
paulino episcopo, quem miserat de cantia venerabilis archiepiscopus iustus, verbum salutis
cum sua gente suscepit, anno regni sui
xi. adventus autem anglorum in brittaniam.
plus minus anno clxxx. eique paulino

sedem episcopatus · e eboraci donauit,
cui perfecto regi, in auspicium uenture fidi
et regni celestis, potestas quoque terreni creuerat
regni. Ita ut uniuersos brittannię fines. quos
nemo anglorum ante eum, qua uel ipsorum uel bri [quiuit optinere. ubi]
tannorum gentes habitabant. subdictione acce
perat. Eo tempore exortum apud scotos in ob
seruacione pasche errorem, quartodecimo
anno. Honorius papa per epistolam redarguit,
Sed et Iohannes qui successori eius seuerino succes
sit, cum adhuc esset electus in pontificatum.
pro eodem pascha eis simul et pro pelagiana he
resim que apud eos reuiuiscebat scribsit.
IIII.dc.xc.III. Heraclonas cum matre sua martina. annis II.
Cyrus alexandrie, sergius, et pyrrus. regie
urbis episcopi, acefalorum heresim instaurantes,
unam operacionem in christo diuinitatis et hu
manitatis, unam uoluntatem dogmatizant,
e quibus pyrrus his temporibus idem. sub theodo
ro papa romam ueniens, ex africa, ficta ut
post apparuit penitencia obtulit eidem pape.
presente cuncto clero et populo libellum. cum
sua subscriptione, in quo condempnarentur
omnia que a se uel a decessoribus suis scripta
uel acta sunt aduersus catholicam fidem.
Unde et benigne susceptus est. ab eo. quasi re
gie pontifex ciuitatis, sed quia reuersus
domum, repetiit et errorem domesticum. me
moratus papa theodorus. aduocatis cunctis sa
cerdotibus. et clero in ecclesiam beati petri

apostolorum principis condempnauit eum. sub
uinculo anathematis IIII. D. XC IIII. CCC.
Constantinus. filius heraclii imperans annis
VI. Phirri. successor paulus. non tantum
uesana doctrina sicut decessores eius. sed
et aperta persecutione chatholicos cruciat, po
crisiarios sancte ecclesie romane, qui ad eius cor
reccionem missi fuerant, partim carceribus.
partim exiliis, partim uerberibus afficı
ens. Sed et altare eorum in domo placidie sacra
tum in uenerabili oraculo subuertens deri
puit, prohibens eos ibidem missas celebrare.
Unde et ipse sicut predecessores illius. ab apostolica se
de iuste deposicionis ultione dampnatus est IIII. DC. XVII.
Constantinus filius constantini annis XX
VIII. Hic deceptus a paulo. sicut eraclius auus
eius a sergio eiusdem regie ciuitatis episcopo.
exposuit typum aduersus catholicam fidem:
nec unam. nec duas uoluntates. aut operati
ones in christo definiens esse confitendas. quasi
nichil uelle uel operari credendus sit christus.
Unde martinus papa. congregata rome sinodo
CV. episcoporum. dampnauit sub anathemate
prefatos. cirum. sergium. phyrrum. et paulum.
hereticos. et post hec missus ab imperatore
theodorus exarcus. tulit martinum papam
de ecclesia constantiniana. perduxitque
constantinopolim, qui post hec relegatus
cersonam. ibidem uitam finiuit. multis in
eodem loco uirtutum signis usque hodie

refulgens. Facta est autem sinodus prefata. anno imperii constantini nono, mense octobrio. indict. viii. Constantinus princeps uitaliano papa nuper ordinato, misit beato petro apostolo euangelia aurea, gemmis albis mire magnitudinis. in circuitu ornata.

Ipse post aliquot annos id est in indictione vi. ueniens romam, obtulit super altare ipsius pallium auro textili toto. exercitu cum cereis ecclesiam intrante. Sequenti anno facta est eclipsis solis, quam nostra etas meminit, quasi decima hora diei. v. nonas maias. Theodorus archiepiscopus et adrianus abbas uir eque doctissimus, a uitaliano missi britanniam. plurimas ecclesias anglorum doctrine ecclesiastice fruge fecundarunt. Constantinus post plurimas et inauditas depredationes prouinciis factas occisus. in balneo periit indict. xii. nec longo post tempore. etiam uitalianus papa celestia regna pe[tiit].

iiij.dc. xxxviij. Constantinus filius constantini eius. superioris regis. ann. xvii. Saraceni inuadunt siciliam, et preda nimia secum ablata. mox alexandriam redeunt. Agatho papa ex rogatu constantini heraclii et tyberii. principum piissimorum. misit in regiam urbem legatos suos. in quibus erat iohannes romane ecclesie. Tunc diaconus, non longe post episcopus. pro adunatione facienda sanctarum dei ecclesiarum. qui benignissime suscepti, a reuerentissimo fidei catholice defensore constantino, iussi sunt remissis disputationibus phylosophycis, pacifico colloquio de fide uera perquirere. datis eis, de bibliotecha constantinopolitana. cunctis antiquorum patrum quos petebant libellis. Adfuerunt autem et episcopi. cl. presidente georgio patriarcha regie urbis, et antiochie macario, et coniuncti sunt qui unam uoluntatem et operationem astruebant in xpo. falsa se docuisse patrum catholicorum dicta perplurima. finito autem conflictu, georgius correctus est. Macharius uero cum suis sequacibus. simul et precessoribus. cyro. sergio. honorio. pyrro. paulo. et petro anathematizatus. et in locum eius theophanius abba de sicilia. antiochie episcopus factus.

Tantaque gratia legatos catholice pacis comitata est. ut iohannes portuensis episcopus. qui erat unus ex ipsis. dominica octauarum pasche. missas publicas in ecclesia sancte sophye coram principe et patriarcha. latine celebraret. Hec est sexta synodus uniuersalis constantinopoli celebrata. et greco sermone conscripta. temporibus pape agathonis. exsequente ac residente piissimo principe constantino intra palatium suum. simulque legatis apostolice sedis et episcopis cl. residentibus.

Prima enim uniuersalis sinodus in nicea congregata est. contra arrium. ccc. xviii. patrum. temporibus iulii pape sub cons

tantino principe. Secunda in constantinopoli cl. patrum, contra macedonium et eudoxium. temporibus damasi papae et gratiani principis quando nectarius eidem urbi est ordinatus episcopus. Tercia in epheso ducentorum patrum contra nestorium augustae urbis episcopum sub theodosio magno principe et papa celestino.

Quarta in calcedone patrum dc xxx sub leone papa temporibus marciani principis contra eutychen nefandissimorum praesulem monachorum. Quinta item in constantinopoli ... temporibus uigilii papae sub iustiniano principe contra theodorum et omnes hereticos. Sexta haec de qua in praesenti dicimus. Sancta et perpetua uirgo christi edilthryda filia anne regis anglorum et primo alteri uiro permagnifico et post haec ecfrido regi coniux data. quae cum xii annos thorum incorrupta seruauit maritalem. post regina sumpto uelamine sacro uirgo sanctimonialis efficitur. Nec mora etiam uirginum mater et nutrix pia sanctarum accepto ad construendum monasterium loco quem elge uocant. cuius merita uiuacia testatur etiam mortua caro. quae post xvi annos sepulturae cum ueste qua inuoluta est incorrupta reperitur. iiii.dc.xl.viii.

Iustinianus minor filius constantini ann. x. Hic constituit pacem cum sarracenis decennio terra marique. sed et prouincia africa subiugata est romano imperio. quae fuerat tenta a sarracenis. ipsa quoque kartagine ab eis capta et destructa. Hic beatae memoriae pontificem romanae ecclesiae sergium, quia erraticae suae synodo quam constantinopoli fecerat fauere et subscribere noluisset, misso zacharia protospatario suo iussit constantinopolim deportari. sed praeuenit militia rauennatis urbis uicinarumque partium iussa principis nefanda. et eundem zachariam contumeliis et iniuriis ab urbe roma repulit.

Idem papa sergius ordinauit uenerabilem uirum uuilbrordum cognomine clementem fresonum genti episcopum. qui usque hodie pro aeterna patria peregrinus est. quia de britania gente anglorum innumera cotidie diabolo detrimenta et christianae fidei facit augmenta.

Iustinianus ob culpam perfidiae regni gloria priuatus exsul in pontum secedit. iiii.dc.lii.

Leo ann. iii. Papa sergius in sacrario beati petri apostoli capsam argenteam quae in angulo obscurissimo diutissime iacuerat, et in ea crucem diuersis ac pretiosis lapidibus adornatam domino reuelante repperit. De qua tractis iiii petalis quibus gemmae inclusae erant, mirae magnitudinis portionem ligni salutiferi dominicae crucis interius repositam inspexit. Quae ex tempore illo annis omnibus in basilica saluatoris

que apellatur constantiniana. die exaltacionis
eius ab omnib(us) osculatur atq(ue) adoratur a p(a)p(a) to.
Reuerentissimus ecclesie lindisfarnensis in
britannia. ex anachoreta antistes cutbertus.
totam ab infancia usq(ue) ad senium uitam mira
culorum signis in clitam duxit. Cuius dum xii.
annis maneret corpus humatum. incorrup
tum post hec quasi eadem hora defunctum.
simul cum ueste qua tegebatur inuentum est.
sicut in libro de eius uita ac uirtutibus. et ipse
inprimis ex ametris uersibus scribit ante ali
quot annos ipsi signauimus. iiii. dc. lx.

TIBERIVS. ann(is) vii. Sinodus aquileia
facta ob impericiam fidei. quintum uniuer
sale concilium suscipere diffidit. donec
salutaribus beati pape sergii monitis instruc
ta. et ipsa huic cum ceteris xpi ecclesiis ad
nuere consentit. Gisulfus dux gentis
langobardorum. beneuentum. campaniam. ig
ne. gladio. et captiuitate uastauit. Cumq(ue)
non esset qui eius impetum resisteret. aposto
licus papa iohannes. qui sergio successerat. missis
ad eum sacerdotibus. ac donariis pluri
mis. uniuersos redemit captiuos. atq(ue) hos
tes domum redire fecit. Cui successit alius
iohannes qui inmulta opera. inlustrium fecit
oratorium s(an)c(t)e dei genitrici. opere pulcher
rimo. intra ecclesiam beati ap(osto)li petri. Here
be rectus ~~rectus~~ rex langobardorum multas
s(er)uitutes et patrimonia alpium cottiarum
que quondam ad ius pertinebant ap(osto)lice sedis.
sed a langobardis multo tempore fuerant abla
ta. restituit iuri eiusdem sedis. et hanc do
nacionem aureis scriptam litteris romam direxit.

Iustinianus secundo cum tiberio filio ann(is) vi. iiii. dc. lxvii.
Hic auxilio ter belli regis uulgarorum reg
num recipiens. occidit eos qui se expulerant
patricios. et leonem qui locum eius usurpauerat.
nec non et successorem eius tiberium. qui eum
de regno electum. toto quo ipse regnabat
tempore. in eadem ciuitate in custodia tenue
rat. Callinicum uero patriarcham erutis
occulis misit romam. et dedit episcopatum cyro
qui erat abbas in ponto. eumq(ue) alebat exulem. Hic
constantinum papam ad se uenire iubens. hono
rifice suscepit ac remisit. ita ut eum die
dominica missas facere iubens. communionem
acceperit. que prostratus in terra pro suis
peccatis intercedere rogans. cuncta ecclesie
priuilegia renouauit. Qui cum exercitum
mitteret in pontum. multum prohibente papa
apostolico ad comprehendendum philippicum quem
ibi ligauerat. Conuersus omnis exercitus
ad partem philippici. fecit eum ibidem impera
torem. Reuer- susq(ue) cum eo constantino
polim. pugnauit contra iustinianum ad duo
decimum ab urbe miliarium. et uicto atq(ue)
occiso iustiniano. regnum suscepit philippicus.

PHilippicus. anno. i. mens(ibus) vi. Hic iiii. dc.
eiecit cyrum de pontificatu. eumq(ue) ad lxvii.

gubernandum abbatis iure monasterium suum potium redire precepit. Idem Constantino imperatori misit litteras pravi dogmatis, quas ille cum apostolice sedis concilio respuit, et huius rei causa fecit picturas in porticu sancti Petri, que acta sex sanctarum synodorum universalium continerent. Nam et huiusmodi picturas cum haberentur in urbe regia, Phylippicus iusserat auferri. Statuitque populus Romanus ne heretici imperatoris nomen aut kartas aut figuram solidi susciperet. Unde nec eius effigies in ecclesia introducta est, nec nomen ad missarum solemnia prolatum. xx-xx.

IIII.DCLXX. Anastasius annis III. Hic Philippicum captum oculis privavit, nec occidit. Idem litteras Constantino pape Romam per Scolasticum patricium et exarcum Italie direxit, quibus se fautorem catholice fidei et sancti sexti concilii predicatorem esse docuit. Liutprandus rex Langobardorum donacionem patrimonii Alpium Cottiarum quam Herebertus rex fecerat et ille repecierat, ammonicione venerabilis pape Gregorii confirmavit. Ecberectus vir sanctus de genere Anglorum, et sacerdocium monachica vita etiam pro celesti patria peregrinus exornans, plurimas Scottice gentis provincias ad canonicam paschalis temporis observanciam, a qua diucius oberraverant, pia predicatione convertit anno ab incarnatione Domini DCCXVI. IIII.DCLXXI.

Theodosius annis I. Hic electus imperatorem Anastasium apud Niceam civitatem gravi prelio vicit, datoque sibi sacramento clericum fieri ac presbiterum fecit ordinari. Ipse vero ut regnum accepit, cum esset catholicus, mox in regia urbe imaginem illam venerandam, in qua sancte sex synodi erant depicte et a Philippico fuerant deiecte, pristino in loco erexit. Tiberis fluvius alveum suum egressus multa Romane fecit exicia civitati, ita ut in via lata ad unam et semis staturam excresceret, atque a porta sancti Petri usque ad pontem Molvium aque se descendentes coniungerent. Mansit autem diebus VII, donec agentibus letanias crebras civibus octavo demum die reverteretur. His temporibus multi Anglorum gentis nobiles et ignobiles, viri et femine, duces et privati, divini amoris instinctu de Brittania Romam venire consueverant. Inter quos etiam reverentissimus abbas meus Ceolfridus, annos natus LXXIIII, cum esset presbiter annis XLVII, abbas autem annis XXXV, ubi Lingonas pervenit, ibi defunctus atque in ecclesia beatorum martyrum Geminorum martyrum sepultus est. Qui inter alia donaria que offerre disposuerat, misit ecclesie sancti Petri pandectem a beato Hieronimo in Latinum ex Hebreo et Greco fonte translatum. IIII.DCLXXX.

Leo annis VIIII. Sarraceni cum inmenso exercitu Constantinopolim venientes

triennio ciuitatem obsident. donec cum multa instancia ad dominum clamantibus plurimi eorum fame. frigore. pestilentia perirent. ac sic parte obsidionis ab ea cederent. qui inde regressi. uulgarorum gentem que est super danubium. bello adgrediuntur. et ab hac quoque uicti refugiunt. ac naues repetunt suas. quibus cum altum peterent. ingruente subita tempestate. plurimis etiam mersis. siue confractis per littora nauibus sunt necati. Liutprandus audiens quod sarraceni depopulata sardinia. etiam loca fedarent illa. ubi ossa sancti augustini episcopi propter uastationem barbarorum olim translata et honorifice fuerant condita. misit. et dato magno precio accepit. et transtulit ea in ticinis. ibique cum debito tanto patri honore recondidit. LXVII. De reliquis sex etatibus.

Hec de cursu preteriti seculi. ex hebraica ueritate prout potuimus elucubrare curauimus. equi rati. ut sic greci hoc a translatorum edicione intentes. de ea sibi suisque temporum libris condidere. ita et nos qui per beati interpretis hieronimi industriam. puro hebraice ueritatis fonte potamus. temporum rationem iuxta hanc scire queramus. quod siqui laborem hunc inculpauerint ut superfluum. accipiant hi quicumque sunt iusti salua caritate responsum quod prefatus hieronimus pro se cosinografie calumpniatoribus reddit. ut si displicet. non legant. Ceterum cunctis in commune suademus. ut siue ex hebraica ueritate quam ad nos per memoratum interpretem pura peruenisse. nam hostibus iudeis in confesso est. siue ex lxx. interpretum translatione. que ut minus sollicite primo edita est. ut multi astruunt. ut post agentibus corrupta. ut beato augustino uidetur. seu certe ex utrisque commixto opere codicibus. Ut sibi uisum fuerit. temporum cursum notauerit. et siue prolixiora. seu breuiora. transacti seculi tempora signauerit. aut signata repperit. nullatenus tamen ex hoc longiora. uel breuiora. que restant seculi tempora putet. memor dominice semper sentencie. quia de die ultima et hora. nemo scit. neque angeli celorum. nisi pater solus. Neque enim ullatenus sunt audiendi. qui suspicantur huius seculi statum. sex milium annorum ab inicio fuisse definitum. et necdum sententiam domini uenire uideantur. Addunt. incertum mortalibus. quoto anno sexte millenarie partis. uenturus sit dies iudicii. Cuius tamen aduentus. maxime circa terminum sexte millenarie debeat sperari. A quibus si quesieris ubi hec putanda. uel credenda legerint. mox stomachantes quia aliud quod respondere

.r.

non habent. An non legisti inquiunt in
genesi, quia sex diebus mundum fecerit
deus. unde merito credi debet eum plus
minus sex milibus annorum esse staturum.
Et quidem gravius [aliqui] fuere qui propter septi
mum diem in quo requievit deus ab operi
bus suis, separarent post vi. annorum
milia sanctorum labores in hac vita mortali.
septimo mille annorum curriculo, eos post
resurrectionem in hac ipsa vita inmor
tales in deliciis et multa beatitudine
regnaturos esse cum Christo. Verum his quia
heretica sunt et frivola, funditus omis
sis, intelligamus sincere et catholice.
sex illos dies in quibus mundi huius or
natum perfecit deus. et septimum in quo ab
omni opere suo requievit. quem ob id perpe
tue quietis benedictione sanctificavit. non
vi. milia annorum sancti laborantes. et septi
mum regnum beatorum in terra cum Christo.
sed sex potius etates significare mundi
labentis, in quibus sancti laborant in hac
vita pro Christo. et septimam perpetue quietis in
alia vita, quam soluti a corporibus percipi
unt anime sancte cum Christo. Quod animarum
sabbatum tunc inchoasse recte creditur.
cum primus Christi martyr carne occisus a
fratre, mox anima eternam translatus
in requiem. Tunc autem perficietur, cum in
die resurrectionis, anime etiam corpora

incorrupta receperint. et quia nulla etatum
quinque preteritarum .m. annis acta rep
peritur. sed alie plures annos, alie pauci
ores habuere, neque ulla alteri similem ha
buit summam annorum, restat ut pari in
hec quoque que nunc agitur incertum mortalibus
habeat sue longitudinis statum, soli autem
illi cognitum, qui servos suos accinctis lum
bis lucernisque ardentibus vigilare prece
pit, similes hominibus expectantibus
dominum suum quando revertatur a nuptiis.

LXVII. de trina opinione fidelium

Cuius quidem **quando veniat dominus.**
adventus horam, merito sancti omnes
diligunt et cito adesse desiderant. Sed peri-
culose satis agunt, si qui hanc prope an lon
ge sit putare, ut predicare presumunt. Unde
pulcherrime beatus augustinus. remo
to illo servo nequam qui dicit in corde suo.
moram facit dominus meus venire. Iste quip
pe procul dubio domini sui odit adventum.
dat exemplum de tribus servis optimis, ad
ventum domini sui sitienter desiderantibus.
vigilanter expectantibus, fideliter amantibus;
quorum unus dicit, vigilemus et oremus, quia
citius venturus est dominus. Alter dicit, vigi
lemus oremus quia brevis et incerta est
vita ista, quamvis tardius venturus
sit dominus. Tertius dicit, vigilemus et ho
remus. quia brevis atque incerta est ista.

& nescimus tempus quando venturus sit
dominus. [P]orro inde si hoc factum fuerit quod
~~factum~~ praedixerat primus, gaudebunt
cum illo sectatores et iterum. Si autem factum non
fuerit, metuendum est ne perturbentur
qui illi crediderant et incipiant adven-
tum domini non tardum putare sed nullum.
Qui autem credunt quod dicunt sectatores, tardius do-
minum esse venturum, si falsum fuerit in-
ventum, citius domino veniente, nullo modo
quique ei crediderant turbabuntur in fide, sed
inopinato gaudio perfruentur. Qua propter
qui dicit dominum citius esse venturum, obtabilius
loquitur, sed periculose fallitur. Qui autem dicit
dominum esse tardius venturum, et tamen credit,
sperat, amat eius adventum, profecto de tar-
ditate eius etiam si fallitur, feliciter fal-
litur. Habebit enim maiorem patientiam
si hoc ita erit, maiorem leticiam si non
erit. Ac per hoc ab eis qui diligunt man-
festationem domini, ille auditur suavius, iste
creditur ocius. Qui autem quid horum sit
verum ignorare se confitentur, illud op-
tant, hoc tolerant, in nullo eorum errant, quia
nichil eorum aut infirmat aut negat.

LXVIII. De temporibus antichristi.

Quo sane certissimum nec diu instan-
tis diei iudicii habemus indicia,
fidem videlicet israhelitice gentis et reg-
num persecutionemque antichristi, quam videlicet
persecutionem trium semis annorum futuram,
fides ecclesie tenet. Sed ne hec improvisa
veniens omnes passim quos imparatos
invenerit involvat, Enoch et Heliam ma-
ximos prophetas et doctores ante huius ex-
ortum venturos in mundum, qui israhe-
liticam plebem ad fidei convertant gratiam,
atque adversus tanti turbinis partem
electorum insuperabilem reddant. Qui cum
ipso primo tres semis annos predicaverint,
et sicut de uno eorum Helia propheta Malachias
predixit, converterint corda patrum in
filios, id est antiquorum fidem dilectionemque
sanctorum in eorum qui tunc inventi fuerint mente
plantaverint, tunc excandescens hor-
renda persecutio ipsos imprimis martyrii
virtute coronat. Deinde ceteros fideles cor-
ripiens, ut martyres Christi gloriosissimos aut
dampnatos apostatas faciat. Quod sig-
nificare videtur apostolus Iohannes ita scribens
in apocalipsi: Atrium autem quod est foris
templum eice foras et ne metieris eum, quoniam
datum est gentibus, et civitatem sanctam cal-
cabunt mensibus quadraginta duobus, id est eos qui nomine
tenus fideles sola exteriora diligunt,
ab electorum sorte separatos ostende, quia
et ipsi ad persequendam ecclesiam conver-
tuntur in novissima illa persecutione trium
semis annorum. Et dabo inquid duobus testibus
meis et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta.

amicti saccis id est [illegible]. conti
nentie contra presuram acceptam predicabunt.
Et paulo post. Et cum finierint inquit
testimonium suum. bestia que ascendit
de abisso. faciet adversus illos bellum.
et vincet illos. et occidet illos. et cetera
quibus ministros. eiusdem bestie id est.
anti christi. de occisione horum duorum testi
um id est. mirum letaturos. eisdemque etiam
mortuis insultaturos esse. commemorat.
Idem alio loco. Et vidi inquid de mare
bestiam ascendentem. et dedit illi draco
virtutem suam et potestatem magnam.
Id est. vidi hominem sevissimum ingenii. de
tumultuosa impiorum stirpe progenitum.
cui mox nato. et per magicas artes apessi
mis imbutos magistris. adiungens se
diabolus. totam virtutis sue potenciam.
per quam magica ceteris omnibus maiora patra
rat. in dividuus comes attulit. Et data est
inquit illi potestas facere menses. xlii. id est.
tres annos et dimidium. percusso autem illo per
dicionis filio. sive ab ipso domino. sive a mi
chaele archangelo ut quidam docent. et
eterna ultione dampnato. non continuo di
es iudicii. secuturus esse. credendus est. Alio
quin scire possint homines illius cui
tempus iudicii. si post tres semis annos
inchoate persecutionis anti christi. confestim
sequeretur. Nunc autem quia an confirmatum
tempus persecutionis anti christi. illius. dies
iudicii non veniat. scire omnibus licet.
Post quantum vero temporis consummate eiusdem
persecutionis venturus sit. nemini presbyteris
scire conceditur. Deinque propheta. daniel. qui
regnum anti christi. mille ducentis xc. diebus.
futurum describit. ita concludit. Beatus
qui expectat et pervenit ad dies mille .
ccc. xxxv. quod hieronimus ita exponit.
Beatus inquit qui interfecto anti christo supra
mille. cc xc dies. id est. tres semis annos. dies xlv.
prestolatur. quibus est dominus atque salvator in
sua maiestate venturus. Quare autem
post interfectionem anti christi. xl et v. dierum.
silentium sit. divine scientie est. nisi forte
dicamus. dilatio regni. sanctorum pacientiae
probatio est. **Lxx. De die iudicii.**

Adveniet autem dies domini sicut fur.
quia sicut ipse testatur nescimus
quando veniat dominus. sero an media nocte.
an gallicantu. an mane. In quo celi inquit petrus
magno impetu transeunt. elementa vero
a calore solventur. Qui autem sint celi qui
transient. paulo supra docet idem apostolus
petrus. dicens. celi erant prius et terra
de aqua. et per aquam consistens verbo dei.
per que ille tunc mundus aqua inundatus periit. Celi autem
qui nunc sunt et terra eodem verbo repo
siti sunt. igni reservati in diem iudicii.
Non quo firmamentum celi inquo sidera

fixa circumeunt, non caelum etherium, hoc est
inane illud maximum, a caelo sidereo usque
ad aethera turbulentum, in quo puro et quie
to diurneque lucis semper pleno, erratica
septem sidera vaga ferri creduntur. Sed cae
lum hoc aerium, id est terrae proximum, a quo
aves caeli quod in eo volent appellantur,
quod aqua quondam diluvii deletis terres
tribus transcendendo perdidit, hoc ignis
extremi iudicii eiusdem mensurae spa
cio percrescens occupando disperdet. Nec
sola haec beati Petri sententia, qua illos
dicit caelos igni iudicii perdendos, qui aqua quondam
diluvii perierunt, testatur sidereum
caelum igni illo cominus maxime non esse
tangendum. Sed et illud domini sermo qui
dicit: Statim autem post tribulationem illorum
sol obscurabitur et luna non dabit lumen
suum et stellae cadent de caelo. Neque enim
sol obscurari, luna suo lumine privari,
stellae poterunt cadere de caelo, si caeli ipsius
locus, videlicet eorum, ignis vorantium tran
sibit. Nunc autem caelum quidem aerium
igne marcescet, sidereum manebit in
lesum. Corpora siderea obscurabuntur non
suo lumine vacuata, sed maiori summi lu
mine ad adventum superni iudicis, ne
videantur obtecta. Quod in hac vita lunam
stellasque omnis potiore lumine solis inter
diu pati cunctis in promptu est. Cum
autem peracto iudicio fuerit caelum novum
et terra nova, id est non alia pro aliis, sed haec
ipsa per ignem innovata, et quasi quadam
resurrectionis virtute glorificata clarue
rint, tunc ut Isaias praedixit erit lux lunae
sicut lux solis, et lux solis septempliciter
sicut lux septem dierum. Quod autem Iohannes in Apoca
lipsi cum dixisset: Et vidi caelum novum et ter
ram novam. Primum enim caelum et prima ter
ra abierunt, adiunxit atque ait: Et mare
iam non est, utrum maximo illo ardore
siccetur mare, an et ipsum vertatur in
melius, non facile patet. Caelum quippe no
vum et terram novam, non autem mare no
vum usquam legimus futurum. Nam et simpli
ce potest intellegi quod dictum est: Et mare
iam non est, quia iam tunc non erit hoc saeculum
vitae mortalium turbulentum, quod saepissi
me in scripturis maris nomine figuratur.
Ubi autem ipsum extremi et universalis
iudicii sit discrimen habendum, in mul
tis saepe quaeritur. Constat namque quia cum
descendente ad iudicium domino in ictu oculi
fuerit omnium resurrectio celebrata mor
tuorum, sancti confestim rapiantur obviam illi
in aera. Hoc enim intellegitur apostolus indi
care cum ait: Quoniam ipse dominus in iussu et in voce
archangeli et in tuba dei descendet de cae
lo et mortui qui in Christo sunt resurgent
primi. Deinde nos qui vivimus qui relinquimur

simul rapiemur cum illis in nubibus obui
am christo in aera. Verum autem in corporibus tunc
sublimia terra leuentur obuiam iudici uen
turo. an inerudita peccatores pregrauentur.
Vt quamuis inmortalia corpora habentes. ad
alciora nequeant eleuari. et presidente ad
iudicandum domino. sancti in sublimi ad dexteram
eius. ipsi autem in inferioribus adstantes ad si
nistram. tunc potest apparebit. Si uero tunc
ignis ille maximus et ualidissimus uniuersam
terre superficiem operit. et resuscitati amo
tus nequeunt in sublime raptari. Constat
eos ut potest in terra positos igne circumda
tos. iudicii expectare sententiam. Sed
an illo urantur qui non pusillum castigandi.
sed eterno potius sunt igne dampnandi.
quis preiudicare audeat. Namque aliquos
electorum eo purgari a lemoribus quibusdam
admissis. et beatus augustinus in libro
de ciuitate dei uicesimo. ex prophetarum dictis
intelligere. et sanctus papa gregorius. in omeliis
euangelii exponens illud psalmographi.
ignis ardebit in conspectu eius. et in cir
66 cuitu eius tempestas ualida. Districtio
nem quippe inquit tante iusticie. tem
pestas. ignis quoque comitantur. quia tempes
tas examinat. quos ignis exurat. Sanctis
autem dominum. quia rapti ad occurrendum
nube obuiam domino in aera. perfectis ser
uis illis conflagratio mundialis non

noceat. sicut nam puerorum mortalia adhuc
corpora. clausum positus caminum ignis tange
nequiuit. Verum in his omnibus utilius est
cuique castum sedulitate iudicis prebere cos
pectibus. qui de iudicii illius. modo. loco
ue discutere. Sane quod apostolus cum dixisset
rapiemur cum illis in nubibus obuiam domino
in aera. subdidit dicens. et sic semper cum
domino erimus. Non sic accipiendum est
tamquam in aera nos dixerit semper cum domino
esse mansuros. quia nec ipse utique ibi ma
nebit. quippe ueniens transiturus est. Veni
enti quippe itur obuiam. non manen
ti. Sed ita cum domino erimus. id est. sic enim
habentes corpora sempiterna ubicumque
cum illo fuerimus.

L.xvi. De septima et octaua etate seculi futuri.

Et hec est octaua illa etas. semper aman
da. speranda. suspiranda. fidelibus.
quando eorum animas christus incorruptibilium
corporum munere donatas. ad perceptionem reg
ni celestis. contemplacionemque diuine sue
maiestatis inducat. non auferens gloriam quam
exute corporibus a sue quoque egressionis tempore.
beata inrequie susceperant. sed maiore illas
gloria et iam corporum redditorum accumulans.
In cuius continuate et non interrupte beati
tudinis exemplum. nos sex illos dies
primos. quibus factus est mundus. a luce et ma
ne inchoatos. ad uesperum terminatos dixisse.

in septimo quo requieuit deus ab operibus suis.
solius mane, non autem uespere fecit mentionem. sed
cuncta quae de eo commemoranda putauit.
aeternae requiei et benedictionis huic conclu
sit. quia sicut et supra meminimus. cunctae huius
saeculi aetates sex. in quibus iusti domino cooperante
bonis operibus insistunt. ita sunt superna ordi
natione dispositae. ut in primordiis suis. singulae
aliquid laetarum rerum habentes. non par
uis erumpnarum tenebris plerumque consu
mantur. Requies uero animarum quam probi
in futuro saeculo percipiunt. nulla umquam cura
alicuius anxietatis turbata deficiet. sed ubi
tempus iudicii et resurrectionis aduenerit.
gloriosiore perpetuae beatitudinis perfectione
complebitur. Comparantur his aetatibus sacratis
simum dominicae passionis sepulturae et resur
rectionis tempus. Legimus enim scribente
euangelista iohanne. quia ihesus ante sex dies pas
chae uenit bethaniam. ubi deuotae mulie
ris officio. iudas offensus prodidit eum. sa
cerdotum principibus. Incrastinum autem
ipse ueniens in asino hierosolimam. cum turba
deo laudes canentium. per continuos quinque dies
insidiosis eorum quaestionibus appetitus. sexto
demum die crucifixus est. in sepulcro septimo
requieuit. Octaua autem id est una sabbati re
surrexit a mortuis. quia per totas quinque mundi
huius aetatibus. sancti numquam reproborum insidias.
et odia pati cessarunt. aut in sexta quae dominus
sua incarnatione confirmare in fide. sua
passione redimere ab inferis. sua resurrec
tione et ascensione ad spem et dilectionem
regni caelestis accendere dignatus est. Venit
et beatorum martyrum uirtus atrociora ab infi
delibus persecutionum bella tolerauit. Sed tanto
fortius uicere. quanto certius nouere
pro illo se pati. qui secum passo prius latroni
se sanae confitenti. promisit. hodie mecum eris
in paradiso. Quae beatissima paradisi requi
es. quae alium finem. quam glorificae resurrecti
onis habet uentum. Hoc significare uolens
euangelista marcus. cum dominum sexta feria passum
et sabbato sepultum esse. scripsisset. dicturus
de resurrectione sic incipit. Vespere autem
sabbati. quae lucescit in prima sabbati. uenit
maria magdalene et alia maria uidere
sepulcrum. Vesperam quippe sabbati quo dominus
in sepulcro quieuit. non in noctem tenebres
cere. sed lucescere dicit in una sabbati. quia ui
delicet idem eius sepulcrum. non corruptione
suscepti corporis adtaminandum. sed sicut ysa
ias ait. erit sepulcrum eius gloriosum. et cito
resurrectionis erit uirtute sublimandum.
quia interim quoque requies post exuta corpora
animarum. non aliquibus angoribus est obscuran
da tenebris. sed solis uerae et perpetuae lucis
suscipienda in fine et accumulanda mune
ribus. Haec est magna illa et singularis octaua.
pro qua sextus et undecimus psalmi scribuntur.

Cuius et uerba dierum ita recordantur. Iozio
mathathias. et heliphalu. et alii leuitarum
in cytharis pro octaua canebant epinicion.
id est uictori deo in perpetuum uenture ogdoa
dis atque iudicis laudes canebant. Epinice
on quippe triumphum palmamque signifi
cat; Ut de resurrectionis Christi misterio propheta
bant. quin merito singularis et magna uocatur oc
taua. quia omnis labentis seculi dies Octaua ita
post septimam sabbati octaua. ut ipsa sit et iam
prima septimane sequentis. Nomine autem primi totius
seculi dies. ita fuit prima. ut non haberet aliquos
tamen vii. precedentes. quibus esset octaua. et ideo singula
riter Prima est. ita singulariter non solum mag
na. sed et octaua est. dies future resurrectionis.
quia sic post septimam sabbati prorsum uentura est
octaua. ut non aliquos habeat dies se sequen
tes. quibus possit fieri prima. sed ipsa una ma
neat celesti luce perhennis. Unde bene propheta in
sionem huius diei sitiens, eam una uocat dicens.
quia melior est dies una in atriis tuis super mi
lia; Cum ergo octauam in scripturis legimus. sci
amus mistice et diem et etatem posse intel
ligi. quia et dominus octaua hora die id est post septi
mam sabbati resurrexit a mortuis. et nos non so
lum post tamen vii. uolubiles huius seculi dies. sed etiam
post sepe memoratas tamen vii. etates. in octaua
etate simul et die resurgemus. que utique di
es. in se quidem ipsa mansit semper. manet
et manebit eterna. sed nobis tunc incipiet
cum ad eandem uidendam meruerimus intra
re. ubi coacti occuperint seculi. perfecta spe et cor
uis in inmortalitate renouati. Testatur psal
mista. qui deo plaudentem amoris canit. Beati
qui habitant in domo tua. in secula seculi lau
dabunt te. quo usu delectentur. idem conse
quenter exponit. Et enim benedictionem dabit
qui legem dedit. ambulabunt de uirtute
in uirtutem. uidebitur deus deorum in syon.
Quales ad hanc uenire possint. ipse quoque uia
ueritas et uita testatur dicens. Beati mundo
corde quoniam ipsi dominum uidebunt. Amen. salus deo
nostro uirtus et fortitudo.

Ergo noster libellus de uolubili ac
fluctiuago temporum lapsu descriptus.
oportunum de eterna stabilitate habeat finem.
Quem rogo siqui lectione dignum rati fuerint.
me suis precibus domino commendent. piaque apud
deum et proximos quantum ualent, agant industria. ut
post temporales celestium actionum sudores.
eternam cuncti celestium premiorum mereamur
accipere palmam. **Explicit liber Bede de temporibus.**

De hinc sequuntur quedam partes de ratione
computandi ab ipso inuentore.

Diuisiones temporis sunt. xiiii. Id
est. atomus. momentum. minutum.
punctum. hora. quadrans. dies. ebdomada.
mensis. uicissitudo triformis. Annus. etas.
seculum. mundus. dlxxvi. atomi. unum mom
tum efficiunt. Quatuor momenta. minutum

complent. Duo minuta et dimidium punc
tum faciunt. Quatuor puncta unam horam
in sole efficiunt. Sex hore quadrantem com
plent. iiii. quadrantes unum diem. Septem
dies ebdomadam faciunt. Quatuor septi
mane mensem faciunt. Tres
menses uicissitudine triformem
iiii. tempora id est. ueris. estatis. autumpni. et hie
mis. Hec. iiii. tempora que habent xii. menses.
annum efficiunt. Quatuor anni cycli bis
sextilem faciunt. xv. anni cycli indictio
nalem efficiunt. xviiii anni cycli decem
nouenalem perficiunt. Sic xviiii. cycli lu
narem faciunt. xxviii. anni cycli solare
complent per concurrentes. donec ipse reu
tantur; dxxxii. anni cyclum magnum fa
ciunt. quando secat solem et lunam. et ibi sex
tum et saltum. unumquemque diem mensis. et in
unum diem septimane. in eadem luna omnes cy
cli unum conueniunt. Etates sic dicuntur.
sex etates seculi. seculum autem. est totum spacium.
ab inicio mundi usque ad finem. mundus uero est.
uniuersitas que constat celo et terra et mari.

Incipiunt argumenta de titulis pas
chalibus egiptiorum inuestigata sollertia.
Que dionisius opposuit. utraque lingua greca
uidelicet ac latina eruditus . .

Si uis scire quot anni sunt ab incar
natione domini nostri ihesu christi. computa
quindecies. lv. fiunt. dcclxv. Adde regulares

xii. fiunt. dcclxxvii. Adde indictionem an
ni cuius uolueris. uerbi gratia presentis anni.
xi. indictio. mitte. xi. super dcclxxvii. fiunt
simul. dcclxxxviii. Isti sunt anni ab incar
natione christi. Si uis scire quota est indictio.
sume annos ab incarnatione domini nostri ihesu christi
dcclxxxviii. his adde regulares. iii. fiunt
dccxci. hos partire per xv. de. dcc. tolle lxx.
remanent nonaginta septem. quia tot in
dictiones sunt. xx. enim ter trigenis id est. vi.
indictiones. de lxx. quos tulisti. de. dcc. di
mitte. lxiiii. indictiones. et remanent tibi
x. et l. xli. dimitte l. xlvi. indictiones re
manent tibi. xi. undecima indictio est pre
senti anno. Si uis nosse quote epacte luna
res sunt. in xi. kalendas aprilis in principio anni secundum
grecos ~~et latinos~~ et hebreos. sume annos ab
incarnatione domini. dcclxxxviii. hos partire
per xix. xviiii. quia cyclus epactarum decemno
uenalis est. de dcc. tolle septem quinos qui
sunt. xxxv. mitte. xxxv. super lxxxviii. fiunt
cxxiii. de. c. tolle. v. de xx. tolle. i. sic rem
nent. viii. per hos noue. xi. annuas epactas
multiplica. fiunt. xcviii. deinde per xxx id est
plenam integram. xc. ter trigenis. remanet
viii. Iste sunt presentes epacte. Item aliud
argumentum de hac ratione. computa a pri
mo anno cycli decemnouenalis. usque in pre
sentem annum. uerbi gratia. decimum. dimit
te semper unum. quia quando incarnatio

facta ē. unus annus decennouenalis p̄cessit; si de
x. tolles .i. remanent .viiii; multiplica per viiii.
xi. annuas epactas. fiunt .xcviiii; partire
per xxx. xc. ter trigeni sunt; remanent viiii;
nonę epactę sunt in xi. kł ap. Si uis scire
epactas in kł ian. scito quotus lunaris cyclus
sit. uerbi gratia septimus; multiplica septies .xi.
annuas epactas. fiunt .lxxvii; Adde unum
regularem id ē. ipsum diem. kł ian. fiunt
lxxviii; diuide per xxx. lx. bis trigeni sunt;
remanent .xviii; Ista ē. epacta p̄sens. In xviii.
autem et in xviiii. anno lunari. duos regulares
adicies. Si uis scire diem. kł ian. per sin
gulos annos quota sit feria, tene ipsum diem.
et mitte unum regularem. fiunt .ii. et concurren
tes anni p̄sentis. nisi bisextili anno. quia tunc
regulare .ii. adicies. nisi diem kł ian. et con
currentes diuide per vii. si tantus numerus
fuerit. quod super vii. remanserit. tota erit
feria p̄sens. si unus remanserit. dominica erit;
si duo. ii. feria; si septem. sabbato. si autem ille nume
rus ad septem non peruenerit. quot fuerit
tota erit feria. Si uis scire quota luna est
in unaquaque die p̄senti. coniunge epactas que
fuerint in kłdis mensis cuiuscumque uolue
ris. et dies mensis illius. usque in p̄sentem que
libet diem. dimitte semper unum; et postea et
si ille mensis .xxx. lunam habuerit. dimitte
xxx. Aut si .xxviiii. lunam habuerit. dimitte
xxviiii; quotus numerus remanserit. tota

erit epacta in illa die; si autem ille numerus epactarum
et dierum mensis usque non peruenerit usque .xxx.
uel xxviiii. quotus fuerit numerus. tota erit
luna p̄sens. Si uis scire quota sit feria in un
aquaque ebdomada per totum annum. sume dies mensis
cuiuscumque uolueris. a principio
mensis. usque in p̄sentem diem. et adde dein con
septimane dies que p̄cesserunt kł illius mensis.
Aliud argumentum de hac eadem ratione. Si uis
scire septimanę diem in uno quoque mense per totum
annum. et precipue terminum pasch. lunę .xiiii. su
me dies a principio anni. id ē. a kł ian. usque
in p̄sentem diem quem uolueris. et adde .i.
regularem et concurrentes p̄sentes. quecumque fuerint, usque in il
lum diem. id ē. lxxxvi. sunt; Adde .i. regularem.
fiunt .lxxxvii. Adde .ii. concurrentes p̄sentis
anni. fiunt lxxxviiii. Hos diuide per septem;
lxxxiiii. duodecim septeni sunt; remanent .v;
v. feria uel terminus pasche. Si uis scire
quotus annus ē. circuli decennouenalis. sume annos ab in
carnatione domini. dcc.lxxxviii; unum semper
adice. quia unus annus decennouenalis p̄cessit
quando incarnatio facta ē; Uno ergo addito.
fiunt. dcc.lxxxviiii. Hos partire per xviiii. re
manent .x. decimus annus ē. si nichil re
manserit. xviiii. annus ē. Si uis cognos
cere quotus lunae cyclus ē. sume annos ab incar
natione domini. dcc.lxxxviii; subtrahe duo. id est
duos annos remanentes de lunari cyclo.
quando incarnacio facta ē; subtractis ergo

duobus annis. remanent. dcclxxvi. Hos par tire p xxiiii. de. dcc. tolle. vii. quinos. fiunt xxx. iunge. xxx. sup lxxvi. fiunt cvi. de. c. tolle v. de xv. i. fiunt vi. vi. vi. viii. re manent vii. vii anni e. cycli lunaris. q eies nichil remanserit. xviiii. annus e.

Si vis nosse quib; annis viiii. luna paschalis. marcio mense incurrit. hoc e. vii anni anno secto cycli cenouenalis xviiii. ide. viii. k. apl. i qnto an. xi k. ap. vii. an. iii. k. ap. xiiio an. vi. k. ap. viii. anno. viii. k. ap. xvi an. xii. k. aplis. xviii. iiii. k. ap. isti septe termini. ide. sep tem in marcio mense inuenuit. alii ter mini xii. in aplo mense s. Id est pmus a de cenouenalis. no. ap. id. ap. iiii. non ap. iiii. id. ap. xiii k. mai. vii. id ap. xvii. k. mai. pdi non. ap. pdie id ap. k. ap. v. id ap. xx. k. mai.

Si uis scire qta luna sit in una qq. die psenti p toti anni. sume dies a ianuario usq. in psente die cui luna querit. i multiplica xi. annuas epactas p cyclu lunarem. q fuerit psens. i toti numeru dieru anni. i multi plicatione epactaz. xi. p cyclu lunare pre sentem diuides p xxx. qt numer remanse rit. tota erit luna psens. uerbi gra a k ianuarii. usq. in viii. k. feb. xxv. dies sut. cyclus lunaris. vii. multiplica septies. xi. annuas epactas. fiunt. lxxvii. coniunge simul. xxv. i lxxvii. fiunt cii. diuide p xxx. xc. ter trigenis sut. remanenet. xii. xii luna in octab k feb die psenti.

Si uis scire q hora ut quo puncto lune etas comutat in omi die. duc quinques cyclu lunarem psente cuius libet anni. ut puta septimu. septem g quinques multiplicati. fiunt xxxv. i dies a ianuario collige. usq. in pre sentem die. Illos g dies anno i multiplica cione lunaris psentis cum simul fuerint. partiris p sexagesim. & quodcumq. reman serint. sup sexagesima. tot puncta erunt. qndo comutat etas lune. i innouissimo punc to finit etas. i incipit altera. Item duc sexi es eunde cyclu lunare. fiunt. xlii. i adde sup pdictu numeru ~~sup~~ punctos scilicet i dies anni. i addas tot regulares qt fuerint hec. & diuides p xxx. qt remanserint. tot erunt epacte in psenti quolibet die.

Si uis sci re qt horas luceat luna in una qq. nocte. qta luna fuerit. multiplica p. iiii. quia. iiii. punctis crescit splendor lune. usq. xv. luna. Multiplica g. xv. qter. fiunt. lx. tot punctis. in luna. xv. diuide. lx. quinqes. xii. quini sc. xii. g horis luceat luna xv. Aliud argumentu de hac eade racione. uictorii massiliensis dic.

Si uis scire quot horis luna in una qq. luceat ~~luna~~ nocte. qta luna fuerit. tot milia in calculo numerabis. i deuenies ad locum ubi. C. in aere numo scribit. i ab his no tis qui conit sc de maiore numo noctis ac noscis. quot horas i uncias luna in una quaq.

noctę lucet. ł ascenda(t), idem luna. ut dodrantē
numerare incipias, nec .xv. transeas, q(ui)a .xv.
lun(a) p(er) eosdem gradus quib(us) an(te)a ascendat,
iterum descendit co(m)putandi ratio. Hoc ar
gumento ostendit(ur), q(uo)d sic in ponderib(us) dodran
tes q(ua)rtas partes assis appendunt. Sic in luna.
dodrantes partes horę. id e(st) .iiii. punctos. sed
magni puncti unusquisq(ue) habet .x. momenta
& .ii. partes momenti. Om(n)i die in augmento
lucis collige die(m) usq(ue) ad .xv. lunā habens
tunc .xlv. punctos. h(oc) e(st) .xi. horas & .xxx. mo
menta ł quartas. id e(st) q(ua)rtā partē horę. Tra
dunt enim auctores q(uo)d equale incrementum
maris in t(em)p(o)re malinę ł incrementi, hunc id (est)
tria puncta. Philipp(us) dic(it) in tractatu sup(er)
iob. d(i)uitis turgies centis dodrantē horę e(st).
tria puncta. & iterū de dodrante maris
transmisso. hoc e(st) tribus punctis (con)tra missis
Si uis scire. in q(uo) signo luna e(st). sume lunā
q(ua)m uolueris. ut puta .vi.a multiplica q(ua)ter.
fiunt .xxiiii. due(m) ter .xxiiii. fiunt .lxxii.
diuide .lx. bis trigenis. id e(st) duo signa. re
manent .xii. duob(us) g(ra)d(ibus) signis. & .xii. dieb(us).
luna .vi.a sep(er) a sole distat. Item .xv. lunam
multiplica quat(er). fiunt .lx. tot punctis
in luna .xv. partire p(er) .x. quia signum unū
id e(st) .ii. horas .xx. punctos habet. id e(st) .xxx.
partes. nam unusq(ui)sq(ue) punct(us) in luna
tres partes ut plus efficit in sole. lx. g(ra)d(us) p(er)
denos diuisi. sex dein fiunt. sex g(ra)d(us) signis

.xv. luna semp(er) id e(st) dimidio sphere celestis
a sole discernit(ur). Deniq(ue) orbē lun(e) quoties ple
nissimus e(st), cont(ra) solem certius oppositū hu
milem uidelicet sole sublimi. & sublimem
humili, cum sol unū equinoctium tenet
in plenilunio. luna alterum seruat. Si uo
lueris scire q(uo)t signa ut quot partes s(un)t om(n)i
die int(er) solē & lunam. sume lunā p(re)sentem.
& multiplica duodecies. & quot numerus
de illa multiplicatione factus fuerit. tot
partes id e(st) dies erunt inter solem & lunam.
Ut puta quinq(ue) multiplica duodecies. quia
.xii. partes s(un)t in una die. v. g(ra)d(us) duodecies .lx. s(un)t.
tot partes id e(st) duo sign(a) int(er) solem & lunam s(un)t.
quando .v.ta e(st). Sic tredecies lunā q(ua)m hab(ueri)s mul
tiplicaueris. quis numerus de illa multi
plicatione fuerit. tot partes erunt int(er) lo
cum ascensionis. & illam partē celi ubi lun(a)
currit p(re)sens. Si uis scire diē septimane
interim pasch(e). id e(st) in .xiiii.a luna p(ri)mi men
sis. habeas memorie quot reg(u)l(are)s habeat unusq(ui)sq(ue)
terminus. q(u)i termini .xiiii. lun(e) p(er) .xviiii. an(n)os
h(oc) modo. Nonę ap(ri)l(is). norunt quinos. Octo
ne k(a)l(endas) assim depromunt. Id(us) ap(ri)l(is) etiā sexis
Nonę q(ua)rtę namq(ue) dipondio. Item undene am
biunt quinos. Quatuor id(us) capiunt ternos.
Ternę k(a)l(endas) titulant seno. Quatuor denę cu
bant in q(ua)dris. Septem id(us) eligunt septem.
Senę k(a)l(endas) sortiunt(ur) ternos. Denę septenę donat
assim. Tridie nonarum porro q(ua)ternis. Nouene

notantur namq· septenis. Pridie id· panditur
quinos, kl· apl· exprimunt unum. Duodene
namq· docent quaternos. Spectant quinta .s. pam
duo. Quatine k· quinq· continent. Quindene cos
tant trib; ad epas. Uulgo regularibus. additis
concurrentib; psentis eius libet anni, totaq;
summa in septe distributa, quot remanserit
ipsa e. septimane dies. qua xiiii. luna reppies.
Est autem et aliud argumentu. ad monstrandu
die septimane. in xiiii. lun pasc, Sume dies a ia
nuario usq· illum t'minu pasc. id e. xiiii. lun
pimi mensis. Adde unu regulare et concurr psen
tes eiu libet anni. et diuide p· vii, quot numer
remanserit. tota fia erit. xiiii. lun pasc, si p· vii.
totu numeru diuiseris. Sabbo erit. xiiii. lun
pasch. et pascha. lun xv. Si nun remanserit. do
minica erit. xiiii. lun. et in pasc lun. xxi. .
Item calculatio quom reppiri possit. q die
mensis. ut q fia id e. septimane die. xiiii. lun
pasc. occurrat. hic e. pimi circli decen. anno
pimo. quia non habet epactas lunares. pco
qd cu nom decim inferioris anni. xviii.
et suas. xi. epactas addito et iam abegyp
tiis die fiunt. xxx. id e. lun mensis unius in
tegra et nichil remanet de epactis. atq; in apl
mense incidit eo anno lun paschal. tene re
glares in eo semp. xxxv, subtrahe. xxx. id e.
ipsa lun integra, remanent. v, quinto die
atk h e. nonis apl. occurrit. xiiii. lun pasch,
Tene sup scriptos. v. adde et concur eide anni.
Ut puta. iiii. fiunt. viiii. Adde et reglar
in eod semp mense apl. vii. fiunt xvi. Hos
partire p· vii; id e. bis septem, xiiii, remanent.
ii, secda feria incurrit lun pasc. xiiii. et domi
nic festi pasc dies lun. xv. Item p'fati cir
culi. anni secds a quo sumunt exordium
epacte. xi. et incidit in eode anno lun pas
chalis. xiiii. mense mar; tene. xxxvi. regl.
in eo semp. subtrahe epactas. xi, remanent
xxv; tricesimo quinto die mensis atk nir. qd e
viii. k apl. occurrit lun pasch. xiiii; tene
xxv. adde concurr eiusde anni. v. fiunt. xxx;
Adde semp in finem huius mensis regl. iiii.
fiunt. xxxiiii. Hos partire p vii; id e. septies
quini. xxviii; remanet. vi; Sexta fia occurrit.
xiiii. luna pasc. et dnic festi paschal dies. lun
xvi. Iterum mense apl sepe dicti circuli
anno. iii. tene semp in eo mense in pimis
regl. xxxv, subtrae epactas eiusdem anni
xxii, remanent. xiii, xiii. die mensis. id e.
id apl. occurrit lun pasc. xiiii, ten hos
xiii. adde concurr. vi. fiunt xviiii; Adde
in apl. semp inferius regl. vii. fiunt xxvi;
hos partire p vii. ter septem. xxi, remnet
v; quinta fia erit. xiiii. lun pasc. et dnic
dies pasch festi luna. xvii. Ita singlis annis
a pimo usq· xix. anno calculabis; Siquando
mense marc. xiiii. lun pasca incurrit .
xxxvi. regl. in pimis teneas. ex quibus epac
tas cuius uolueris anni deducas. et concurr

adicias. ī infinem semp. iiii. reg̃t augmentes.
Apl̃i mense semp. xxv. in capite teneas. ex quib;
ut sup̃ deducas epactas 7 adiut'is eid'
anni concurrentib; suisq; regularib;. Infine
semp augmta. Haec namq; ac breuit' omnia
argumenta paschalia calculabis. Haec est q̃m
deductas epactas ampli' q̃ xxx. remanẽt.
Breuius quando deductas epactas. minus q̃ xxx.
remanent. Quoties minus fuerint. tot dies
mensis aprilis erit luna. xiiii. paschalis. quoties
u' amplius. deduc. xxx. 7 quot restant
tene. Si. xxx. tantum remanserint. qd
semel in cursu cenouenali accidit manifes
tum e. xx. die ap̃l' h e. iii. k. apl' occurrit
luna. xiiii. paschalis.

Argumentu ad inueniendum q̃ pascha seu rogationes.

Quantos dies fuerit pascha ante
pridie id. apl. tantos dies ante k. m̃r
i febrario habebis quad. Et quantos dies post pridie
idus ap. habueris pascha. tantos post k.
mr habebis quad. Et si ipso die pridie idus
ap habueris pasc. ipso die k. m. habebis
quadrag. Et quantos dies habueris pascha an k. apl.
tantos dies habebis quad. ante. vii. k. mr.
Et quantos dies inueneris pasc. p k. apl. tan
tos dies quad. post. vii. k. mr. Quantos dies
ante k. ap habueris pasc. tantos dies ante
nonas mai habebis rogationes. Et quantos dies
p k. ap habueris pascha. tantos dies post non.
mai habebis rogationes. Si euenerit ut k.
ap habeas pasc. non. mai habebis rogationes.

Aliud argumentu de initio et fine seu de pascha et luna qualiter recto tramite celebrentur.

De. vi. id. feb. usq. in pridie id. mar. dies sunt
xxxv. Et de xi. k. ap. usq. in. vii. k. mai. dies sunt
xxxv. Inuestigatum e. quod nec an. vi. idus
feb. nec post pridie id. mr. inueniri quad. ul
lateni fieri potest. nisi tantum in istis xxxv.
diebus. Et de pascha sic inuentum e. in concilio
scorum patrum. Quod nec an. xi. k. ap. nec post vii.
k. mai debeat fieri. Et de luna quod nec ante
.xiiii. nec post. xxi. inueniri quad. fieri potest.
nisi saltus causa euenerit. Et de pascha nec
ante. xv. nec post. xxi. inueniri nec celebrari.
Si uis scire quo die septimane occurrat
principia. iiii. temporum. ueris scilicet. estatis.
autumniq. 7 hiemis. A principio estatis h e.
a k. mai sume inicium. Quicumq. enim septimane
dies fuerint k. mai. sequenti die septimane
erunt k. de autumpnu. Tercio die k. hyemis.
Quarto die k. ueris. nec bissextus mutat istam
rationem. Ab ortu solis usq. ad ortum solis
iterum. h e. in die 7 nocte hore sunt. xxiiii.
momenta u. dcccclx. Tres aut assis 7 trias h e.
tria uncie. equale numerum scripulorum ha
bent. h e. dcccclx. In die aut equinoctiali.
ut nocte. xii. hore fiunt. momenta u. cccc
lxxx. sic assis 7 bisse quae. x. unc. habent.
cccclxxx. scripulos continent. In die xii.

xxviii. dcccc. In mense xxx. i. dierum hore sunt dcc xl. iiii.

kl. iulias. ut in nocte viii. kl. ian. xviii. hore fiunt.
que habent momenta. dcc xx. et sic duo assis
et semis qui habent xxx. unc. dcc xx. scripu
los efficiunt. In die viii. kl. ian. et in nocte viii.
kl. iulii. vi. hore fiunt. que habent momenta
cc xl. Item destas. x. unc. habens cc. xl scripu
los continet. In ebd. hore sunt clxviii. moment
vi. dcc. xx. In mense dierum. xxviii. hore sunt dc lxxii.
moment. xxvi. dcccc lxx. In mense xxx dierum
hore fiunt. dcc xx. momenta. xxviiii. dc lx.
In anno absque bissexto hore sunt. dccc. dc. lx. mom.
i. ccc li. preter quadrantem. aut hore sunt dccc.
dcc lxvi. et momenta. i. ccc li. In anno
cum bissexto. hore sunt. dccc. dcc lxxxviii.
Item minuta sunt in anno. lxx. vi. et c. pue
ta ii. sunt. ccc v et xl. In ogdoade hore sunt lxx.
et lxxx. absque bissexto. In endecade hore sunt.
xcvi. ccc lx. In toto autem circulo xviiii. annorum
hore sunt. c lx vi. et dcccc. et momenta lxvi. cen
tena milia et lxxii. et centum lx. In xviiii. dc.
dcccc xxviiii. Ogdoas enim habet dies. ii. dcccc.
xxii. Endecas habet. iiii. et quatuordecim.
Endecas autem lunaris habet. iiii. milia. et xv. Item
xviiii. annorum menses solares sunt. cc xxviii. lunares
autem menses. xviiii. annorum. cc xxxv. In uno anno
ebdomade sunt. l. et due et unus dies. sine duo dies. quan
do bissextus fit. In xviiii. annis ebdomade sunt. dcccc.
xci. et duo dies. Si uis scire quando bis
sexti dies fit. sume annos ab incarnatione domini
dcc lxxxviii. hos partire per iiii. partes. de dcc.

dimitte. cccc. remanent. ccc. dimitte. cc. id est.
iiii. quinquagenos. remanent. c. dimitte lxxx.
iiii. uigeni sunt. remanent. xx. Quatuor quinis.
Iterum lxxx. Quatuor uigeni sunt. remanent
viii. Octo bis quaterni sunt. Bissextalis annus est.
Si unus annus remanserit. primus preparationis annus est.
si secundus. duo. si tres. tertius annus preparationis est.
Si autem ad quartum peruenerit. annus bissextilis erit.

De summa uero annorum ab origine mundi
usque in aduentum domini nostri ihesu christi. Euse
bius dicit in chronica. fiunt quidem ab adam usque
ad diluuium. generationes x. anni autem. ii. cc.
xlii. Item hieronimus. in chronica dicit. Ab
adam usque ad diluuium. anni sunt. ii. cc xlii. A di
luuio usque ad abraham supputantur anni .
dcccc. xlii. qui simul fiunt. iii. clxxxiiii. Ab
abraham autem usque ad xv. annum tiberii cesaris
et predicatione domini nostri ihesu christi. anni sunt. ii xliiii.
Colliguntur autem omnes anni ab adam usque ad predica
cionem domini nostri ihesu christi. anni .v. cc xxviii. Item
orosius dicit. Ab urbe condita usque ad urbem
conditam. anni sunt. iiii. cccc. lxxxiiii. Ab urbe condita
usque ad natiuitatem christi. anni sunt. dcc xv. colliguntur
ergo anni ab origine mundi usque in aduentum
domini nostri ihesu christi. v. cxcviiii. Ab incarnatione autem
domini nostri ihesu christi. usque in presentem annum quo fuerunt kl.
ian. die dominico. luna. iiii. et pascha xvi kl. mai. luna
xx. indictione xi. anni sunt. dccc iii. Is ab origine
mundi usque in presentem annum. sunt. anni. vi. duo.
Cursus lune uelocior est. quam solis. quia in minore

& in proximiore circulo currit. Deniq(ue) quod sol
in .ccclxv. diebus. & .vi. horis circuit. luna cur
rit per .xxviii. dies. & .xii. horas. & quod currit
sol in .vi. mensibus id est. ab .xi. kl. ian. usq(ue) ad .xi.
kl. iulii die crescente. luna currit per .xv. dies .
usq(ue) ad plenilunium. Et sic sol in cacumine
celi in solsticio estiuale est. sic & luna .xv. quando
tunc plena uidetur. uerticem celi tenens. & quod
currit sol per .vi. menses de crescente die. ab .xi.
kl. iul. usq(ue) ad .xi. kl. ian. luna currit per .xv. dies
decrescendo. a .xvi. usq(ue) ad .xxx. anni. Item quod
sol currit per .xii. dies. luna currit in uno die.
per .iiii. puncta. Deniq(ue) si uolueris scire. quot
partes sunt inter solem & lunam. quando prima
luna fuerit. multiplica .i. duodecies. fiunt
.xii. Tunc .xii. partes sunt. cum libet signi in
ter solem & lunam. Item secunda multiplica .ii.
quater. fiunt .viii. Octo puncta sunt inter
solem & lunam. quando secunda luna fuerit.
multiplica .viii. ter. fiunt .xxiiii. Tunc .xx
iiii. partes sunt inter solem & lunam. quando
secunda luna fuerit. Pro hoc autem dicimus
numerum punctorum quantuscumq(ue) fuerit mul
tiplicare ter. quia in uno quoq(ue) puncto tres
partes sunt. Quod enim luna currit in uno
puncto. sol non potest currere minus quam
in tres dies. Item luna tercia si uis scire .
quot partes sunt inter solem & lunam. mul
tiplica .iii. quater. fiunt .xii. Tunc .xii. .
puncta sunt inter solem & lunam. id est .ii. hore

& .ii. puncta. ducter .xii. fiunt .xxxvi. tunc
in uno signi. & .vi. partes. De secundo signo
inter solem & lunam. quando luna .iii. fuerit.
Pro hoc autem dicimus. lunam quamlibet multiplicare
quater. quia per .iiii. puncta semper cotidie cres
cit luna & decrescit. Item luna .iiii. si uis scire
quantum distat a sole. multiplica .iiii. quater.
fiunt .xvi. Tot puncta sunt inter solem & lunam.
quando .iiii. luna fuerit. id est .iii. hore & unum punctum.
& tot hore. luna .iiii. lucet per noctem. ducter .xvi.
fiunt .xlviii. Tot partes sunt inter solem & lunam
.iiii. luna finita. id est unum signum & .xviii. par
tes de secundo signo. Item luna .v. quantum elonga
tur a sole si uis cognoscere. multiplica .v. quater.
fiunt .xx. Viginti g(ra)punctos id est .iiii. hore. luna
.v. semper elongatur a sole. .iiii. hore luna .v. lucet
per noctem. ducter .xx. fiunt .lx. id est bis .xxx .
duobus g(ra)signis luna .v. semper elongatur a sole.
quia quod currit luna per .v. dies. sol non
potest currere minus quam .lx. diebus. Item
luna .x. .xl. punctos. id est octo hore semper elon
gatur a sole. & .viii. hore lucet semper per noctem luna
decima. ducter .xl. fiunt .cxx. id est bis sexageni
quatuor .xxx. fiunt. .iiii. g(ra)signis luna .x. elongatur
a sole. Quando autem .xv. est luna. habet .lx.
puncta. .xv. enim quater multiplicati .lx. fiunt.
Tunc .xii. hore sunt inter solem & lunam. & .xii. hore
lucet per noctem luna .xv. & tunc .vi. signa sunt
inter solem & lunam. id est medietas firmamenti.
.lx. g(ra)ter multiplicati. fiunt .clxxx. id est .

sexies trigeni. vi. ergo signis luna xv. semper
elongatur a sole. Item de decrescente luna.
semper facies per iiii. punctos diminui omni
die usque ad xxx. quia dixi per iiii puncta cre
cere omni die amplius usque ad xv. Verbi gratia luna
xvi. finita. dicam iiii. puncta decrescere.
qui continent xii. partes id est. xii. dies. Si ergo
vis scire quot signa sunt inter solem et lunam.
xvi. finita. v. signa sunt et xviii. partes. xii.
partibus detractis. de vi. signo. Item xvii. luna
si vis scire quot signa sunt inter solem et lunam.
tolle alia. iiii. puncta. et sic habes inter xvi lunam
et xvii. viii. punctos subtractos qui ter mul
tiplicati efficiunt. xxiiii. partes. et sic luna. xvii.
v. signa sunt et sex partes inter solem et lunam.
Luna autem. xviii. xii. punctos substractos
habet. id est. ii. horas et duo puncta. xii. ergo ter
multiplicati sunt. xxxvi. id est. unum signum
et sex partes. et ita luna. xviii. iiii. signa et
xxiiii. partes sunt inter solem et lunam. Luna xi.
xviiii. xvi. puncta sunt retracta de lumine
lune. id est. iii. horas et unum punctum. xvi. ergo ter
multiplicati. sunt xlviii. id est. unum signum
et xviii. partes. et sic habes inter solem et lunam
iiii. signa et xii. partes. Luna autem xx. xx.
punctos. id est. iiii. horas habet sublatos de lune
lumine. xx. ergo ter multiplicati. sunt lx.
id est. bis trigeni. Tunc iiii. signa sunt inter
solem et lunam. ex ea parte qua appropinquat
ad solem. ex illa vero que longata fuit.

crescendo et decrescendo. viii. signa sunt.
Item xxv. luna habes x. dies. decrescente
lumine lune. x. ergo quater multiplicati.
fiunt xl. Tunc habeas xl. punctos detrac
tos id est. viii. horas de lumine lune sublatis.
xl. ter multiplicati. fiunt cxx. qui fiunt
bis sexageni. id est. iiii. trigeni. tunc habes
iiii. signa detractis inter solem et lunam
duo signa sunt. Quinque enim dies que rema
nent de xxx. diebus. xxvi. scilicet. et xxvii.
xxviii. et xxviiii. et xxx. Hos ergo quinque
si quater multiplicaveris. xx. fiunt. xx. ter
ducti. fiunt. lx. id est. bis trigeni. qui faci
unt duo signa. At quatuor horas sunt lumine
lune quando xxv. luna est. Unum ergo signum
duas horas habet in lumine lune per noctem.
duo signa iiii. horas. iiii. signa viii. horas. vi.
signa xii. horas. quando enim habet. vi. signa
completa implet lumine. tunc habet xii.
horas lumine lune per noctem. Et quando habet
vi. signa detracta et completa. decrescen
te luna usque ad xxx. Tunc habet xii. horas
detractas que fuerant in lumine lune. Et to
ta nocte tenebre sunt. nisi stellarum
tantum lumen fiat. et tunc luna in xxx
die accenditur.

ARIES	T[enet] Aprilem	..
TAURUS	Maium	..
GEMINI	Iunium	..
CANCER	Iulium	..
LEO	Augustum.	..
VIRGO	Septembrem.	..
LIBRA	Octobrem	..
SCORPIO	Novembrem.	..
SAGITTARIUS	Decembrem.	..
CAPRICORNIUS	Ianuarium.	..
AQUARIUS	Februarium	..
PISCES	Martium	..

Enimvero quodque signum debilis xii.
intrat in xv. kl. mensis sequentis.
exceptis duob; signis. aquarius scilicet
et pisces. Aquarius intrat xvi. kl. februar.
Pisces ii intrat in marcium. Alia aut[em] x. sig
na. semp[er] in xv. kl. mensis sequentis in
trat. Aries intrat. in xv. kl. apr. p[er]manes
usq. in xvi. kl. mai. Taurus intrat in xv.
kl. mai. p[er]manet usq. in xvi. kl. iun. Gemi
ni intrat in xv. kl. iulii. p[er]manet usq.
in xvi. kl. iulii. Cancer intrat in xv kl.
iulii. p[er]manet usq. in xvi. kl. aug. Leo
intrat. xv. kl. aug. p[er]manet usq. in xvi.
kl. sept. Virgo intrat. in xv . kl. septb.
~~duob;~~ p[er]manet usq. in xvi. kl. octob. Li
bra intrat in xv. kl. octob. p[er]manet usq.
in xvi. kl. novemb. Scorpio intrat in xv.
kl. novb. p[er]manet usq. in xvi. kl. decemb.
Sagittari intrat in xv kl. decēb. p[er]manet usq.
in xvi. kl. ian. Capricornius intrat. in xv.
kl. ian. p[er]manet usq. in xvi. kl. feb. Aquarius
intrat in xv. kl. febarii. p[er]manet usq. in xv.
kl. marcii. Pisces intrat in xiiii. kl. marcii.
p[er]manet usq. in xvi. kl. apr. In his ergo xii.
signis que p[er]diximus. xxx. dieb; et x. hor. et dimidia
hora. Sol morat[ur] in uno q[uo]q[ue]. signo. Sicut an
num dividas p[er] xii. partes. in una quaque
parte. xxx. dies sunt. et x. hore et dim. hor;
xxx. duodecies. ccc. lx. dies sunt; quinq. dies
qui remanent. habent. cxx. hor; quas si di
vidas duodecies. x. hor sunt uni cuiq. signo;
et vi. hor quadrantis que remanent si di
vidas p[er] dimidias. hor. xii. dimidie hor sunt;
et sic in uno q[uo]q[ue]. signo. sic diximus sol morat[ur]
xxx. diebus. et x. hor. et dimidium hore. luna
vero duob[us] dieb; et vi. hor in uno q[uo]q[ue]. mora
tur signo. de Saltu lune.

Victurius dic[it]. Post xxviii. annos
egyptior[um] more continuato ordine.
hoc augmentum lun[e] adcrescit. Cum enim
dicatur. luna. xxviiii. dies et semis id e[st]. xii.
hor in se habere. paulominus tantior na
tura habetur. q[ua]m putat[ur]. Et ideo citior
p[ro]venit lune incensio. anteq[uam]. xxviiii. dies
et semis id e[st]. xii. hor plene fiant. Certe
enim momentis velocior e[st]. lune extinctio.
et incensio. secundum naturam q[ua]m dicitur
aut putat[ur] secundum artem. Nam quatuor

momentis. i. xii. parte momenti. ex. quingentesima lx quarta parte momenti hoc est atomo. hoc augmentum lunaris in fine uniuscuiusque mensis lunaris adcrescit. antequam finiatur. xii. hora dimidie diei que super xx. viiii. dies est. sic per xx. et viiii. annos. id est per xii. communes. et vii. embolismos. qui habent. cc. xxx. v. menses lunares. Ille unus dies. xx. iiii. horarum quem dicitur saltus paulatim adcrescere solet. usque dum. i. luna fiat completa. in hora illa qua putatur luna extingui aut incendi. Ita si nosse uis quantum lunari. cc. xxx. v. mensibus diligenti animaduerte. quod in omni anno communi crescit una hora. et viii. momenta. x. enim menses horam faciunt. et duo menses. viii. momenta. sic per x. et viiii. annos per. xx. iii. horas et dimidium crescunt. Septem scilicet embolismis additis et computatis. remanet dimidia hora. que efficitur et completur. ex. .xii. parte momenti uniuscuiusque mensis. Item in. xii. mensibus hoc est in uno anno unum momentum colligitur. in xx. viiii. annos. decem et viii. momenta. quod si fuisset omnis communis seorsum. vii. menses embolismi deferret.

Ex quibus colligitur dimidium momentum. i. xii. pars momenti. hoc est. xl. et vii. atomi. Quinque autem partes momenti. hoc est dimidium minus momentum quod deest. colligitur ex atomis uniuscuiusque mensis qui sunt. cc. xxx. v. per circulum. xix. mittit. xl. vii. atomis. vii. embolismi. super cc. xxx. v. atomos. fiunt simul. cc. xxx. ii. hoc est. dimidium momentum. quod unum momentum habet. d. lx iiii. atomos. Igitur manifesta ratione probari potest. quod lunaris mensis ab incensione usque ad aliam incensionem. aut a. xv. usque in. xviii. luna.

De hoc augmento lunari crescit in uno quoque anno decem et viiii. annorum. et quantum in unoquoque mense

plus. xx. viiii. dies et dimidium habere non potest. Licet dicatur luna. xxx. et alia. xx. viiii. secundum artem dicitur. non secundum naturam. Non est enim in creata diei longitudinis et breuitatis differentia. et inequalitatis. sed causa compendii. dimidium quod super xx. viiii. dies est in ista luna. et dimidium de alia auctores collegerunt in unum diem integrum. Si enim. xx. viiii. tantum aut etiam xxx. dies plenas luna in se naturaliter habet. sine dubio fieri potuisset. ut eodem diei tempore uel eadem hora qua facta primum est luna accenderetur. Sed cum xx. viiii. et semis in se habere monstratur. illa diei medietas incensionem lune mutabilem facit. Ideo si media die lune incensio dicatur. computa. xx. viiii. dies a media die incensionis lune. usque ad mediam diem. xx. viiii. Ad. xii. horas. a media die usque ad mediam noctem. Tunc in media nocte illa luna accenditur. In qua hora uel quo puncto luna accenditur. In uno etiam quoque momentis accensio illa. retro semper recurrit. que causa saltum efficit. Utrum sub incensio uel media aut super incensio sit. caueri et diligenter animaduerti debet.

Sed hoc quomodo intelligi potest uno in die. an in nocte luna accenditur.

Finito xps rex libro sit benedictus

140

Incipit liber de tribus maximis circumstanciis gestorum. id est personis. locis. temporibus.

Fili sapientia thesaurus est et cor tuum archa. Quando sapientiam discis. thesaurizas tibi thesauros bonos. thesauros immortales. thesauros incorruptibiles qui numquam veterascunt. nec speciem claritatis sue amittunt. In thesauris sapientie varie sunt opum species. et in archa cordis tui conditoria multa. Alibi aurum et alibi argentum. alibi lapides preciosi disponuntur. Dispositio ordinis. illustratio est cognitionis. Dispone et distingue singula locis suis. seorsum ista et seorsum illa. ut scias quid ibi et quid ibi collocatum sit. Confusio ignorantie et oblivionis mater est. discretio autem intelligentiam illuminat. et memoriam confirmat. Vides nummularium diversas monetas habentem quemadmodum marsupium unum multiplici divisione intersepiat. ita ut unius ambitus plures intrinsecus cellas complectatur. Partita namque pecunia et monetis singulis ab invicem discretis. omnia suis locis servanda disponit. quatinus ipsa locorum distinctio rerum partitione sic divisa suscepta ita custodiat impermixta. Post hec certus in exponendo concambio quam manu prompta sine impedimento sequitur quecumque eam intus volenti porrexerit. et omne quod ut acciperetur poposcerit. vel promiserit daturum velociter sine mora in apertum discretum et inconfusum producens. Et fortassis ridiculum mirandumque satis intuentibus spectaculum preberet. dum unus et idem sacculus tam multas species impermixtas effunderet. si ipsa spelunca ore reserato tot intrinsecus antra hiantia non demonstraret. Nec autem ipsa que demonstrat locorum discretio uno et eodem tempore et intuentibus tollit facti miraculum. et agentibus faciendi impedimentum. Sic enim ut prefati sumus discretio rerum evidentiam facit. Evidentia vero rerum animum simul et in agnitione illuminat. et in memoria confirmat. Redi ergo fili ad cor tuum. et considera qualiter in eo disponere et collocare debeas preciosos sapientie thesauros. ut scias singula receptacula eius. et cum quod in eis servandum posueris tali ordine dispone. ut cum ratio poposcerit facile illud per memoriam invenire. et per intelligentiam cognoscere. et per facundiam possis proferre. Huius dispositionis rationem talem tibi propono.

Tribus modis discernenda sunt in animo ea que discuntur. Secundum numerum. secundum locum. et secundum tempus. Ita omnia que audieris et facile intellecta capies. et diu memoria retinebis. si ea secundum hanc triplicem distinctionem considerare didisceris. Quomodo hoc fieri possit per singula demonstrabo. Primum de discretione numeri. Disce contemplari in animo tuo lineam naturalem numeri ab uno in quotlibet longa porrectione. quasi ante oculos cordis tui extensam. Deinde cum audieris quemlibet numerum nominari. velociter ibi cogitationem inflectere assuesce. ubi summa eius clauditur. quasi ad illud punctum quo in supremo ipse numerus terminatur. Verbi gratia. Cum audis decem. decimum punctum contemplare. cum duodecim duodecimum. ut sic in fine totum comprehendas. et sic in ceteris. In hac autem cogitatione et hoc modo imaginandi domestice habere et usitare. ut quasi visibiliter intuearis omnium numerorum finem et terminum velud discretis locis dispositum. Et hoc considerato quantum ad discendum sit utile audi. Verbi gratia. Psalterium ad verbum corde tenere affirmare volo. Sic facio. Primum considero quot psalmos habeat. Invenio CL. Per ordinem omnes addisco. ut sciam quis primus. quis secundus. quis tertius. et sic de ceteris. Tales dispono in corde meo omnes per ordinem in linea naturali numeri. et cum singulos nominando in suis sedibus vel in ipsa linea naturali numeri dispositi sunt simul cum prolatione et cogitatione attendo. ut idem mihi sit quantum ad cordis intuitum beatus vir quod primus psalmus. quare fremuerunt quod secundus. Domine quid multiplicati sunt quod tertius. Hoc est in primo. secundo. tertio loco attentus. Et hac consideratione ita pugili intentione cordi imprimo. ut interrogatus sine dubitatione respondere possim. sive ordine prolatum. sive uno aut pluribus transiliens. sive converso ordine et retrograde nominatum. ex novissima locorum dispositione quis primus quis secundus. quis septimus. XXVII. XLVIII. sive quotlibet sit psalmus. Hoc in scriptura se affirmasse ostendunt qui auctoritate psalmi aliquid usuri hoc dixerit in LXXV. sive alio quolibet psalmo scriptum est. in eius significatione non proferentes nomen sed numerum. An putas eos quotiens aliquem psalmorum numero designare volebant paginam replicasse ut ibi a principio computum ordientes scire possent quotus esset quisque

psalmorum? Nimirum magnus fuisset labor iste in negocio tali. Habebam ergo in corde positam noticiam et memoria retinebam
sicut didiceram numerum et ordinem singulorum. Cognitum autem psalmum idem facio in singulis psalmis de versibus suis. Quod feci in toto
psalterio de universis psalmorum. totamque deinceps seriem in singulis versibus facile corde retineo. Postquam dividendo et distinguendo
in primis librum per psalmos. deinde psalmum per versus. tandem a prolixitate ad tantum compendium et brevitatem redegi. Et hoc quidem in psalmis
sive in aliis libris circa distinctionem habentibus facile videri potest. Ubi autem continua series lectionis est. id ipsum artificio fieri opor
tet. ut scilicet secundum lectionis placitum vel competentiam videbitur. primum tota series lectionis in aliquas partes dividatur. et ille rursum
in alias. ille tamen in alias. donec tota prolixitas ita restringatur quod eam animus in singulis facile complecti possit. Memoria enim
semper gaudet et brevitate in spacio. et paucitate in numero. Et propterea necesse est. ut ubi series lectionis in longum tenditur. primum in pauca
dividatur. ut quod animus spatio comprehendere non potest. saltem numero comprehendat. et rursum et postea per subductionem partium in multa
spargitur. in singulis parvitate vel brevitate adiuvetur. Ecce vidisti quid valeat ad discendum discretio numeri. Nunc vide et con
sidera quid valeat in id ipsum discretio loci. Numquid non consideraste aliquando quemadmodum puer semel codicem inter legendum mu
taverit difficilius id quod legitur memorie imprimere possit? Cur hoc nisi quia imaginatio cordis et per sensus exterius in tam
multas figuras per libros diversos spargitur nulla intrinsecus specialiter permanere potest per quam memoria confirmetur? Nam cum omnibus
indiscrete informari cogitur alia aliis supervenientes semperque priorem posteriore delente nulla domestica remanet aut fami
liaris. quam usu et assiduitate certam habeat. Multum ergo valet ad memoriam confirmandam. ut cum libros legimus non solum numerum et
ordinem versuum vel sententiarum sed et ipsum colorem et formam simul et situm positionemque litterarum per imaginationem memorie imprimere stu
deamus. ubi illud et ubi illud scriptum vidimus qua parte quo loco. summo. medio. vel imo constitutum aspeximus. quo colore tractum littere vel
faciem membrane ornatam intuiti sumus. Ego puto ad memoriam excitandam et illud non mediocriter prodesse ut eas quoque que extrinsecus
accidere possunt circumstantias rerum non negligenter attendamus. ut ubi gratia exempli facie et qualitate sive situ locorum reminiscamur
ubi illud vel illud audivimus. vultus quoque et habitus personarum a quibus illa vel illa didicimus. et siqua sunt talia que gestionem cuiuslibet
negocii comitantur. Ista omnia quidem puerilia sunt. talia tamen que pueris prodesse possint. Post discretionem numeri et loci. sequitur
discretio temporis. hoc est. quid prius. quid posterius factum sit. quantum prius. quantum posterius. quot annis. quot mensibus. quot diebus hoc illud precedat et aliud
istud subsequatur. Ad hanc discretionem pertinet illud etiam ut ex ipsa qualitate temporis. quando hoc vel illud didicimus. mirum in modum
ad rerum memoriam revocare sciamus. cum aliud nocte. aliud die. aliud hieme aliud estate. aliud sub nubilo.
aliud sub sereno. gestum fuisse reminiscimur. Ista vero omnia preludio quodam texuimus. pueris puerilia comparantes. ne forte
minima hec rudimenta doctrine spernentes. paulatim diffluere incipiamus. In sola enim memoria omnis utilitas doctrine consistit. quia
sicut audisse non profuit ei qui non potuit intelligere. ita nec intellexisse valuit ei qui vel noluit vel non potuit retinere. Tantum ergo
audisse profuit. quantum quisque intellexisse. et tantum intellexisse quantum retinuisse. Sunt sed quedam fundamenta scientie. que si memorie
firmiter impressa fuerint. facile cetera omnia patescunt. Hec tibi in subiecta pagina eo ordine disposita prescribemus quo ipsa volumus
animo tuo per memoriam inseri. ut quicquid postea superedificaverimus. solidum esse possit.

Condicio.

creata · disposita · ornata

	Celū 7 tra.	In principio.	In materia.
	Lux.	Prima die.	I ⊢
	Firmamtū.	Secda die.	For
	Cōggatio aquarū 7	Tercia die	Ma.
	Luminaria.	Quarta die	Celum.
	Volucre 7 pisces	Quinta die	Aer. aqua.
	Bestie 7 hō.	Sexta die	Terra.
Restauratio	Secdm	Hebraicam	Veritatem.
Ab inicio.	Homo.	Genuit.	Vixit.
cxxx.	Adam	cxxx.	dcccc xxx.
cc xxxv.	Seth	cv.	dcccc xii.
ccc xxv.	Enos	xc	dcccc v.
ccc xcv.	Cainan	lxx.	dcccc x.
cccc lx.	Malalel	lxv.	dccc xcv.
dc xxii.	Iared	clxii.	dccc lxii.
dc lxxxvii.	Enoc	lxv.	ccc lxv.
dccc lxxiiii.	Matusalā	clxxxvii	dcccc lxviiii.
ī. l vi	Lamec	clxxxii.	dcc lxxvii.
ī. dl vi.	Noe	d.	dcccc l.
ī. dc lvi.	Sem	c	ante diluuiū.
Prima etas	Continens	Annos	Mille dc lvi.
ī dc lviii.	Sem	ii. p diluuiū	dc ii.
ī dc xciii.	Arfaxat	xxxv.	cccc xxxviii.
ī dcc xxiii.	Sale	xxx.	cccc xxxiii.
ī dcc lvii.	Heber	xxxiiii.	cccc lxiiii.
ī dcc lxxxvii.	Falec	xxx.	cc xxxviiii.
ī dccc xviiii.	Reu	xxxii.	cc xxxviiii.
ī dccc xl ix.	Seruch	xxx.	cc xxx.
ī dccc lxxviii.	Nachor	xxviiii.	c xlviii.
ī dcccc xlviii.	Thare	lxx.	cc v.
Secda etas	Continens	annos	cc xcii.
ii xlviii.	Abraam	c.	c lxxv.
ii cviii.	Isaac	lx.	c lxxx.
ii cxcvii.	Iacob	lxxxviiii.	c xlvii.

Ab inicio.	Homo	Genuit	Vixit		
ĩĩ cc xlii.	Leui	xlv.	cxxxvii.		
ĩĩ ccc iii	Chaath	lxi.	cxxxiii.		
ĩĩ ccclxxvii.	Amram	lxx.	cxxxvii.		
ĩĩ cccclvi.	Moyses	lxxx annorum fuit in exitu isrl de egipto.			
Ab inicio.	Iudices	Prefuerunt	Ab abraam.		
ĩĩ cccc xciii.	Moyses	xl.	dxlv.		
ĩĩ d xviiii.	Iosue	xxvi.	dlxxi.		
ĩĩ dlviiii.	Othoniel	xl.	dcxi.		
ĩĩ dcxxxviiii.	Aoth	lxxx.	dcxci.		
ĩĩ dc lxxviiii.	Debbora	xl.	dccxxxi.		
ĩĩ dcc xviiii.	Gedeon	xl.	dcclxxi.		
ĩĩ dccxxii.	Abimelec	iii.	dcclxxiiii.		
ĩĩ dccxlv.	Thola	xxiii.	dcc xcvii.	Reges	isrl.
ĩĩ dcc lxvii.	Iabir	xxii.	dccc xviiii.	Ieroboam	xxii.
ĩĩ dcclxxiii.	Iepte	vi.	dccc xxv.	Nadab	ii.
ĩĩ dcc lxxx.	Abessan	vii.	dccc xxxii.	Baasa	xxiiii.
ĩĩ dcc xc	Achialon	x.	dccc xlii.	Hela	ii.
ĩĩ dccxcviii.	Labdon	viii.	dcccl.	Zambri	dies vii.
ĩĩ dccc xviii.	Samson	xx.	dccc lxx.	Amri	xii.
ĩĩ dccclviii.	Heli	xl.	dcccc x.	Achab	xxii.
ĩĩ dccclxx.	Samuel	xii.	dccc xxii.	Ochozias	ii.
Ab inicio.	Reges	Regnauerunt	Ab abraam	Ioram	xi.
ĩĩ dccc xc	Saul	xx.	dcccc xlii.	Hieu	xxviii.
tercia etas	continent annos	dcccc xlii.	a dauit		
ĩĩ dcccc xxx.	Dauid	xl.	xl	Ioaaz	xvii.
ĩĩ dcccc lxx.	Salomon	xl.	lxxx.	Ioas	xvi.
	Reges iuda				
ĩĩ dcccc lxxxvii.	Roboam	xvii.	xcvii.	Ieroboam	xli.
ĩĩ dcccc xc.	Abia	iii.	c.	Zacarias	mses vi.
ĩĩĩ xxxi.	Asa	xli.	cxli.	Sellum	mse i.
ĩĩĩ lvi.	Iosaphat	xxv.	clxvi.	Manaen	x.
ĩĩĩ lxiii.	Ioram	xviii. vii.	clxxiii	Faceia	ii.
ĩĩĩ lxiiii.	Azarias	i.	clxxiiii.	Facee	xx.
ĩĩĩ lxx.	Athalia	xvii. vi.	clxxx.	Osee	viiii.
ĩĩĩ cx.	Ioas	xl.	ccxx.		

145

ab inicio	Reges Reg	nauerunt a	dauid
iii cxxxix.	masias.	xx.ix.	cc xl ix.
iii cxci.	zias	lii.	ccc i.
iii cc vii.	oathas.	xvi.	ccc xvii.
iii cc xxiii	caz	xvi.	ccc xxxiii.
iii c c l ii	zechias	xx viiii.	ccc lx ii.
iii ccc vii	anasses	l v.	cccc xvii.
iii ccc viii	amon	ii.	cccc xix.
iii ccc xl.	osias	xxx.i.	cccc l.
iii ccc l i.	oachim	xi.	cccc lxi.
iii ccc lxii.	edechias	xi.	cccc lxxii.
Quarta etas	continens	annos	cccc lxxiii.
iii. cccc xxxii.	transmigratio babiloni.		
			iiii.
iii cccc xxxvi.	esus	lx iiii.	xxvi.
iii cccc lxii.	oachim	c.	xxxii.
iii cccc xc iiii.	eliasib	c xxx ii.	xxv.
iii dxix.	ydas	c l vii.	xl iii.
iii dlxii.	ohs	cc.	l.
iii dcxii.	addvs	cc l.	xvii.
iii dcxxix.	nias	c c lxvii	xvi
iii dc xl v.	simon iustus	cc lxxx iii.	xvii.
iii dc lxii.	leazarus	ccc.	xxx ii.
iii dc xc iiii.	anasses	ccc xxx ii.	viiii.
iii dcc iii	nias	ccc xli.	xii.
iii dcc xv.	simon	ccc l iii	xxix.
iii dcc xl iiii.	nias	ccc lxxx ii.	xxx.i.
iii dcc lxxv.	ihs q et iason	cccc xiii	
iii. dcc lxxx vi.	nias q et menelaus	cccc xiiii	annis decem.
iii dcc xc.	lchimus	iiii.	cccc.xx viii.
iii dcc xc iii.	ydas.	iii.	cccc xxx i.
iii dccc xii.	onathas	xix.	cccc l.
iii dccc xx.	simon	viii	cccc l viii.
iii dccc xl vi.	ohs	xxvi.	cccc lxxx iiii
iii dccc xl vii.	ristobolus	i.	cccc lxxx v.
iii dccc lxx iiii.	lexander	xxvii.	d xii.
iii dccc lxxx iii.	lexandra	viiii.	d xxi.
iii dcccc xvii.	urchanus	xxx iiii.	d l v.
iii dcccc xl viii	erodes rex	xxxi. p̄ vi.	d lxxx vi.
Quinta etas fi	nit continens	annos	d lxxxv
iii dcccc l iiii.	erodes postea. (hic occidit pueros)	vi.	vi.
iii dcccc lxiii.	rchelaus	viiii.	xv.
iii. dcccc lxxx vii.	erodes tetrarcha. (hic occidit iohannem baptistam)	xxiiii.	xxxix.
iii dcccc xc iiii.	grippa herodes. (hic occidit iacobum)	vii.	xl vi
iiii xx.	grippa rex.	xxvi.	lxxii.

ēo posita ē series annoꝝ secdm lxx̄ iⁿterpretū trāslatiōē ab inicio seculi usq; p̄ natiuitatē x̄ q̄n iudeoꝝ a tito & uespasiano subu̅sa ē natio. & p̄ totū mūdū dispsa. S; tn̄ regnoꝝ tp̄ra secdm hebraicā ūitatē sic̄ sup̄ posita ē. meticula fc̄. & secdm eā dispositiōē finis partē &

minuū scriptorum. pur notari fc̄ attēdēdi. Jceco aū 7 lxx. īterp̄tū translatiōe̅ signare uoluim⁹. u̇ i h̄ lector discat siqn̄ i ꝯputatione annorum codices adu̇sos repp̄it 7 eām sint diu̇sitati agnoscē 7 cui poti parti magis ꝯbeat fide̅ adhibe. Deinceps genealogias patrū ab initio quantū ad p̄sens op⁹ sufficē uidebit̄ ordine, p sequen̄. u̇ sic̄ p⁹ illā p̄mā annorum seriē qm̄ texuim⁹ regnorum pcurs⁹ subnicī ē. ita p⁹ istā generationib;.

	Condicio									
C	elum 7 terra.	In	Principio		hola	xxiii.		Nias	ccc xli.	
L	ux	Pri	ma die		ahir	xvii.		Simon	ccc liii.	
F	irmamentum	Se	cunda die		epte	vi.		Nias	ccc lxxxii.	
C	ongregatio aquarum				bessan	vii.		hsq̄ iasou	cccc xiii.	
L	uminaria				abdon	viii.		laus nia q̄cmene	ann. x. cccc xiiii.	
U	olucres 7 pisces				amson	xx.		Iehnnus	iiii.	
B	estie 7 homo				eli	xx.		udas	iii.	
					amuel &			onathas.	xix.	
R	estauratio.				Reges			simon.	viii.	
S	ecdm homo	LXX genuit	Interpretes vixerunt		aul	xl.		hs.	xxvi.	
A	dam	cc xxx.	dcccc xxx.	T	ercia etas dcccc xl.			Aristobolus	i.	
S	eth	cc v.	dcccc xii.					lexander	xxvii.	
E	nos	cxc.	dcccc v.		avid	xl.		lexandra.	ix.	
	aınan.	c lxx.	dcccc x.		alomon	xl.		urchanus	xxxiiii.	
M	alehel	c lxv.	dccc xcv.		oboam	xvii.		erodes.	xxxi.	
I	ared	c lxii.	dcccc lxii.		bia	iii.	Q	uinta etas	d. lxxxvi.	
E	noc	clxv.	ccc lxv.		sa	xli.	I	hs xpc	natus est.	
M	atusalam	clxxvii.	dcccl xxix.		osaphat	xxv.		erodes pea	vi.	
L	amech	clxxxviii.	dcc liii.		oram	vii.		rchelaus	viiii.	
N	oe	d.	dcccc l.		zakias	i.		erodes tetrarcha	xxiiii.	
I	gm anno	c.mo	facte ē diluuiū		thalia	vii		grippa herodes	vii.	
P	rima etas	annos	ii. cc. lii.		oas	xl.		grippa rex	xxvi.	
	em p⁹ diluuium.	anno ii.do	cōtinens		masias	xxix.	H	ic iudeorum	regnū finitū	est.
	arfaxat	cxxxv.			zias	lii.		an. ii. vespasiani 7 titi		imperatorum
	aınan.	cxxx.			oathas	xvi.		p⁹ natiuitatē x̄ anno.		lxxii.
	ale	c xxx.			caz	xvi				
	eber	cxxxiiii.			zechias	xxix.				
	aleg	cxxx.			anasses	lv.				
	ev	c xxxii.			mmon	xii.				
	erug	cxxx.			osias	xxxii.				
	achor	lxxix.			oachim	xi.				
	hare	lxx.			edechias	xi				
S	ecda etas	annos. i. lxxii. continens		Q	uarta etas cccc lxxxiiii					
	brahan	c.			transmigratio	lxx.				
	Saac	lx.			hesus	mo lxxiii				
	acob cum in egyptum descendit	c. xxx.			bachim	c.				
	ilii isrl i egiptum.	cc xv.			eliasib	cxxxii				
	oyses	xl.			udas	clvii.				
	osue	xxvii.			ohs	cc.				
	thoniel	xl.			addus	ccl.				
	ioth	lxxx.			nias	cclxvii.				
	elbora	xl.			simon iust	cclxxxiii.				
	edeon	xl.			leazarus	ccc.				
	bimelec.	iii.			anasses	cccxxxii.				

Modo narrabo quẽadmodũ sc̃dm p̃scriptam annoꝝ seriem ab inicio regna mundi cucurrerunt.

Post diluuiũ quatuor p̃mũ ĩ humano gen̄e excellẽtia regna exorta s̃t. Scitarũ ab aq̃lone. ũ tan̄. Assirioꝝ ab oriẽte ũ belũ. Egyptioꝝ a meridie ũ mineus. Sicioniꝝ ab occidente ubi egialeus primi regnauerunt.

Assirioꝝ regnũ sub belo primo rege exortũ ab anno .xxv. se ruch p̃aui abr̃he usq; ad ãnũ vii. ozie regis iuda cucurrit p̃ annos .i. ccc. xii. p̃ reges .xxx. vii. usq; ad ultimũ sardana pallũ. p̃ quẽ regnũ assirioꝝ ad medos trãslatũ ẽ. ut subiec ta docẽt. Alii a nino filio beli regnũ assirioꝝ ĩcohat. ipse sub eo p̃mũ ĩ extera gẽs dilatatũ ẽ. Huic ẽ nin̄ cũ anno .xl. iii. patri archa abrahã nat̃ ẽ. cũ uxor semiramis babilonie muros ĩ staurauit. Hic etiã zoroastrem magũ regẽ bactrianoꝝ belo uicit.

Sicioniꝝ regnũ sub egialeo p̃mo rege exortũ ab anno ui cesimo quarto nachor aui abrahe usq; ĩ annũ septimũ decimũ heli sacerdotis 7 iudicis ist̃l cucurrit p̃ anno nongentos sexaginta unũ p̃ reges .xxx unũ. Post q̃s successerũt sacerdotes carnii p̃ anno .xxviii. ut subiectũ ẽ. Sycionia dicta ẽ. que postea peloponensis que prĩ egialea 7 apia uocata est.

Iudã primũ ĩ egypto deos siue heroas quosdam regnasse ferunt. Sic.

Festus	i.	annos de lxxx.	
Sol	ii.		lxxvii.
Osinosiris	iii.		ccc xx.
Orontoliarcus.	iiii		xxviii.
Tyfon	v.		xlv.
Post h̃ miteoꝝ			Regna sic.
Prota anubes amusis	i		lxxxiii.
Opion	ii		lxvii.

Vera aũ narrano h̃t q̃ a natiuitate abrahe sexta decima dinastia quã egyptii sũmã potestate dicũt thebeoꝝ apd egyptios uincũ accepit ẽtes p̃ annos .cxc. xv. aũ dinastie iã ĩ regno egyptioꝝ transacte fuiss̃t. 7 xvi. ut diximus q̃ thebei regnabant exorta est. 7 dein ut subiecta docent.

Assirioꝝ		Sicioniꝝ		Egyptioꝝ			
Belus	lxii.			Dinastia	p̃ma.		
Ninus	lii.	Egyaleus.	lii.	Dinastia	sc̃da.		
Semiramis	xlii.	Europs	xlv.	Dinastia	t̃cia.		
Zameis q̃ 7 ninias	xxxviii.	Thelchin.	xx.	Dinastia	q̃rta.		
Arius	xxx.	Apis	xxv.	Dinastia	q̃nta.		
Aralius	xl.	Thelchion	lii.	Dinastia	.vi.		
Xerses q̃ et baleus.	xxx.	Aegiorus	xxxiiii.	Dinastia	.vii.		
Armamitres	xxxviii.	Thurimach̃	xlv.	Dinastia	viii.		
Belochus	xxxv.	Leucippus	liii.	Dinastia	ix.		
Baleus	lii.	Messapus	xlvii.	Dinastia.	.x.		
Altadas	xxxii.	Herathus	xlvi.	Dinastia	.xi.		
Mamyntus	xxx.	Plemnaẽ	xlviii.	Dinastia	xii.		
Machaleus	xxx.	Orthopolis	lxiii.	Dinastia	.xiii.		
Sperreus	xx.	Marathias	xxx.	Dinastia	.xiiii.		
Mamilus	xxx.	Marathus.	xx.	Dinastia	.xv.		
Sparetus	xl.	Echireus	lv.	Dinastia	.xvi.	Thebei.	cxc.
Ascatades	xl.	Corax	xxx.	Dinastia	.xvii.	Pastores.	ciii.
Amyntes	xlv.	Epopeus	xxxv.	Dinastia	.xviii.	Diopolitanoꝝ.	
Belochus	xxv.	Laomedon	xl.	Amosis primus.		xxv.	
Belleparés	xxx.	Sicion	xlv.	Chebron sc̃ds.		xiii.	
Lampdes	xxxii.	Polib;	xl.	Ammenophis.		xxi.	
Sosares	xx.	Inach̃	xlii.	Mefres		xii.	
Lampares	xxx.	Festus.	viii.	Misfarmuthosis		xxvi.	
Pannias	xlv.	Adrastus	iiii.	Thuthmosis.		ix.	
Sosarmus	xix.	Poliphides	xxxi.	Ammenophis		xxxi.	
Mitraeus	xxvii.	Pelasgus	xx.	Orus.		xxxviii.	
Tautanes	xxxii.	Zeuxippus	xxxi.	Achencheres		xii.	
Teuteus	xl.	Sacerdotes carnii isti		Achous		ix.	
Thyneus	xxx.	Archelaus	prefue	Cenchres		xvi.	
Dercilus	xl.	Automadus	runt	Acherres		viii.	
Eupales	xxxviii.	Methudur̃	annis	Cheres		xv.	

Alii Ascatades et Semiramis femina .xxx.

ii fuit tp̃e samuel an̄ .vi. et regnare incipiens

iste submersus ẽ

ASSIRIORUM

Laosthenes xlv.
[illegible]irithiades xxx.
Ofrateus xx.
Ofratanes l.
Acrazapes xlii.
Thonos concoleres qui grece dicitur Sardanapallus. xx.

Post hoc regnum Assiriorum ad medos translatum est. interfecto sardanapollo ab arbace prefecto suo qui mediam procurauit. qui et ipse postea in media post mortem sardanapalli regnauit et deinde alii: ut subiecta docent. Postea regnum medorum perse destruxerunt sub ciro. ac deinde regnum persarum macedones uastauerunt sub alexandro magno. qui cum quinque annis monarchiam tenuisset obiit relinquens successores plures. philippum scilicet fratrem suum macedonie. Antigonum asie minori. Seleucum sirie. Ptolomeum egypto. quorum ordo subiectus continet. Regnum medorum sub arbace primo rege exortum ab anno vii. regis ozie usque in annum xix. transmigrationis babilonis cucurrit per annos cclviiii.

MEDORUM

Arbaces xxviii.
Sosarmus xxx.
Medidus. xl.
Cardiceas (t dioceles) xiii.
Deioces liiii.
Fraortes xxiiii.
Ciaxares xxxii.
Astyages xxxviii.

Post hoc subuerso astyage a ciro regnum medorum ad persas translatum est. Regnum persarum sub ciro primo rege exortum ab anno xxxi. transmigrationis cucurrit per annos ccxviiii.

PERSARUM

Cyrus xxx.
Cambises viii.
Fratres magi. mensibus vii.
Darius xxxvi.
Xerses filius darii. xx.
Artabanus. mensibus vii.

SICIONIORUM

Euneus
Theonaus
Amficius xx.
Caridus viii.

Post hoc regnum sityoniorum finitum est. cessantibus carnus qui post reges prefuerunt xxviii annis. Regnum arguiorum sub iacho primo rege exortum (Inus.) usque ad nouissimum acrisium cucurrit per annos dxliiii. ab anno primo iacob patriarche usque in annum xii. delbore et barach iudicum israel. Post in micenas imperium translatum est et post acrisium regnauit euristeus filius stelenii.

ARGIUORUM

Inachus. l.
Foroneus. lx.
Apis. xxxv.
Argus lxx.
Criasus liiii.
Forbas xxxv.
Triopas xlvi.
Crotopus xxi.
Stelenus xi.
Danaus l.
Linceus xli.
Abas xxiii.
Proetus xvii.
Acrisius xxxi.

Regnum micenis

Perseus acrisio non sponte interfecto migrauit ab argis.

Perseus
Stelenus
Euristeus filius stelenii. xlv.
Atreus et thiestes. lxv.
Agamemnon. xxxv.
Egistus vii.
Horestes xv.
Tisamenus
Penthilus xxii.
Cometes

EGIPTIORUM

Armais qui et danaus.	v.	Hic fertur quod post sardanapallum assirios regnasse creditur sicut scriptura refert diuina.
Ramesses qui et egyptus	lxviii.	
Menofis	xl.	Ful.
Dinastia decima	nona	Teglatfalasar.
Zethus	lv.	Salmanasar.
Ramses	lxvi.	Sennacherib.
Amenophis	xl.	
Ammenemes (Ad hunc menelaus cum helena post excidium troie diuertit.)	xxvi.	
Thuoris qui et polibus	vii.	
De tercio thomo.	maneto	
Dinastia uicesima	Diapolitanorum.	clxxviii.
Dinastia uicesima	prima.	
Smendis	xxvi.	
Psusennes	xli.	
Nefercheres	iiii.	
Amenophis	viiii.	
Osochor	vi.	
Psinaces	viiii.	
Psusennes	xxxv.	
Dinastia uicesima	secunda	
Sesonchosis	xxi.	
Osorthon	xv.	
Tacelothis	xiii.	Post hec regnum gelanor. qui expulso argiui danao regnum tradiderunt. huius filie .l.
Dinastia uicesima	tercia.	
Petubas	xxv.	
Osorthon	viiii.	
Psammos	x.	
Dinastia uicesima	quarta.	
Bocchoris	xliiii.	
Dinastia uicesima	quinta.	
Sabachon ethiops	xii.	
Sebichus.	xii.	
Tharachus ethiops	xx.	
Dinastia uicesima	sexta.	
Merres ethiops.	xii.	
Stefinatis	vii.	
Nechepos	vi.	
Nechao	viii.	
Psameticus	xliiii.	
Nechao secundus qui et nechepos	vi.	
Psammuthes qui et sammetichus	xii.	
Vafres	xxx.	
Amasis	xlii.	

Persarum

Artaxersē (q. longimanus)	xl.
Xerses scds	mſ. ii.
Sogdianus	mſ. vii.
Darius nothus	xix.
Artaxerses (q. mnemon)	xl.
Artaxerses (q. ochus)	xxv.
Arses ochi filius.	iiii.
Darius arsami.	vi.

Post hec regnum persarum ad macedones translatum est. dario arsami filio interfecto ab alexandro magno philippi filio rege macedonum anno .vii. ipsius alexandri. qui cum post mortem darii .v. annis monarchiam tenuisset decessit anno ipsius suo .xii. post que in egypto regnum optinuerunt qui uocantur lagide siue ptolomei per annos .cc.x.cvi. usque ad .xv. annum augusti.

Alexander	v.

Lagide in egypto.

Ptolomeus lagi.	xl.
Ptol. philadelfus	xxxviii.
Ptol. eugetes.	xxvi.
Ptol. philopator.	xvii.
Ptol. epifanes.	xxiiii.
Ptol. philometor.	xxxv.
Ptol. eugetes.	xxix.
Ptol. fiscon (qui et sother).	xvii.
Ptol. alexander.	x.
Ptol. qui a matre eiectus est.	viii.
Ptol. dionisius.	xxx.
Cleopatra.	xxii.

Post hec egyptus in potestatem romanorum uenit anno augusti cesaris quinto decimo. victo .m. antonio et cleopatra ab ipso augusto. cleopatra quidem ut dicitur serpente brachio sinistro apposito, morte uoluntaria periit. Antonius uero seipsum ferro transuerberauit. sicque augustus uictoria potitus regnum egipti in prouinciam redegit. et exinde egiptus romanis subiecta est.

Reges quidem egipti primum pharaones communi uocabulo appellati sunt. ab alexandro autem usque ad cleopatram ptolomei.

Regnum lacedemoniorum sub euristeo primo rege exorsum ab anno viii. samuel iudicis israel usque in annum xlix. ozie regis iuda cucurrit per annos. ccc. xxv. et reges nouem.

Atheniensium

Cecrops difies (p. i. pecrus)	L.
Cranaus	ix.
Amphictyon	x.
Erictonius	L.
Pandion (cuius filie progne et philomena)	xl.
Erectheus	L.
Cecrops erictei.	xl.
Pandion cecropis.	xxv.
Egeus pandionis	xlviii.
Theseus egei	xxx.
Menestheus	xxiii.
Demofon thesei.	xxxiii.
Oxintes	.xii.
Aphidas	.i.
Thymoestes	viii.
Melanthus	xxxvii.
Codrus melanthi.	xxi.

Huc usque reges. Post hunc autem principes constituti sunt. quorum singuli principatum usque ad finem uite tenuerunt.

Medrus codri	.xx.
Acastus	xxxvi.
Archippus	xix.
Thersippus	xli.
Forbas	xxxi.
Megacles	xxx.
Diognetus	xxviii.
Fereclus	xix.
Arifron	xx.
Thespieus	xxvii.
Agamestor	xx.
Aeschilus	xxiiii.
Alcmeon.	ii.
Carops (te)	x.
Aesimidus	x.
Clidicus (t eclidic)	x.
Hippomenes	x.
Leocrates	x.
Apsander	x.
Eurixias	x.

Post hunc annui principes atheniensium constituti sunt nouem ex nobilibus ciuitatis.

Egiptiorum

Dinastia uicesima. vii.	persarum annum .c.xi.
Cambises.	ii.
Fratres magi	menses vii.
Darius	xxxvi.
Xerses filius darii	xx.
Artabanus	menses vii.
Artaxerses	xl.
Xerses scds	menses. ii.
Sogdianus	menses. vii.
Darius nothus	xi.

Post hec egyptus a persis recessit. et proprios reges habere cepit sicut subiectum est.

Dinastia uicesima	octaua.
Amartheus saites	vi.
Dinastia uicesima	Nona.
Neferites	vi.
Achoris	xii.
Psammutes	ii.
Neferites	menses. iiii.
Nectenebis (ta, t b;)	xviii.
Theos	ii.
Dinastia tricesima.	
Nectenebis (ta, t b; xviii) hic finitur Regnum egipti	

Post hec ochus nectanabo rege in ethiopiam pulso egiptum optinuit. et exinde usque ad alexandrum magnum perse dinastiam egipti tenuerunt ab anno . xviii. ochi usque ad vii. alexandri et tunc egiptus in potestatem grecorum uenit.

Perse in egypto

Ochus.	viii.
Arses ochi filius	iiii.
Darius arsami filius	v.
Alexander magnus	v.

Post hec in egipto regnauerunt qui uocantur lagide usque in annum .xv. augusti cesaris. et tunc egiptus in dicionem romanorum cessit cleopatra ab augusto superata.

Regnum macedonum sub caranao primo rege exorsum ab anno xiii. ozie regis iuda usque in annum nonum onie pontificis qui et menelaus dictus est. hoc est .cccc.xii. post transmigrationem annum cucurrit per annos dc.xxxvi. et reges xxxix. Sed a carano qui primus regnauit macedonie usque ad alexandrum magnum sunt anni cccc.lxvii. inde usque in finem regni macedonum inueniuntur anni centum sexaginta nouem.

Regnum lidorum sub ardiso primo rege exorsum ab anno xlviii. ozie regis iuda usque in annum xliii. transmigrationis cucurrit per annos cc.xxx. Post hec subuersum est regnum lidorum a persis. Cresus namque lidorum rex cum medi et perse babiloniam obsiderent contra eos caldeis auxilium tulit. Postea quam persea subuersa babilone a ciro rege persarum bello appetitus et superatus. sicque regnum lidorum in persarum dicionem transiit.

Lacedemoniorum

Euristeus xlii.
Aegis. t' egeus. i.
Echestrat' .xxxv.
Labotes .xxxvii.
Doristeus .xxix.
Agesilaus xliiii.
Archelaus lx.
Telectus xl.
Thalcamenes xxxvii

Regnum Sirie

Post mortem magni alexandri qui imperium persarum destruxerat. iiii. principes eius regnare ceperunt. Ptolomeus in egypto. Seleucus in syria et babilone. Antigonus in asia minore. Philippus qui et aride dictus est in macedonia. Sed regnum asie cito ad progeniem seleuci devenit. Nam demetrius poliorcetes qui sedes in asia post antigonum regni tenuit seleuco se tradidit. et deinde progenies seleuci. syriam simul et asiam optinuit.

Syrie

Seleucus nicanor .xxxii.
Antiochus sother. xix.
Antiochus theos. xv.
Seleucus gallinic' .xx.
Seleucus ceraunus. iii.
Antiochus magnus. xxxvi.
Seleucus filopator. xii.
Antiochus epifanes. xi.
Antiochus eupator. ii.
Demetrius sother. xii.
Alexander. ix. mensibus. x.
Demetrius iii.
Antiochus sidetes. ix.
Demetrius iterum. iiii.
Antiochus cipr'. xii.
Antiochus cizicen'. xviii.
Philippus. ii.

Regnum atheniensium a cicrope primo rege exorsum ab anno .xxxii. moysi habens .xlv. annos egressione israel ex egypto usque in annum xxix. manasse regis iuda cucurrit per annos dccclxxiii.

Regnum chorinthiorum sub alete primo rege exorsum ab anno. viii. samuelis iudicis israel habens .xxv. annos deo usque in annum primum iohatan filii ozie cucurrit per annos ccc.xxviii.

Regnum corinthiorum

Alethis .xxxv.
Ixion .xxxvii.
Agelaus .xxxvii.
Prumnis (t' prymnius) .xxxv.
Bacis (t' bacus) .xxxv.
Agelas. .xxx.
Eudemus (t' eumid) .xxv.
Aristomedes .xxxv.
Agemon .xvi.
Alexander .xxv.
Telestes .xii.
Pritanis .vi.

Regnum alexandrinorum

Lagide in egypto alexandro successerunt. regnavit primo ptolomeo filio lagi. et in ecco bis. positum ut supra ordine regnorum. et numerum ostenderemus.

Alexandrie

Ptolomeus lagi filius. xl.
Philadelfus. xxxviii.
Euergetes. xxvi.
Philopator. xvii.
Epifanes. xxiiii.
Philometor. xxxv.
Euergetes. xxix.
Ptolomeus fiscon qui et sother. xvii.
Alexander. x.
Ptolomeus qui amatur (eiectus). viii.
Dionisius. xxx.
Cleopatra. xxii.

Post hec finitum est regnum egypti semper mollicie secutum et tandem prostratum in femina.

Regnum parthorum

Arsaces
Arsaces
Priapatius
Phrahates
Mitridates

Macedonum

Caranus (t' caran') .xxviii.
Coenus (t' cinus) .xii.
Tyrimas .xxxviii.
Perdica .li.
Argeus .xxxviii.
Philippus .xxxviii.
Aeropus .xxvi.
Alcetas (t' cal) .xxix.
Amintas .l.
Alexander .xliii.
Perdica .xxviii.
Archelaus .xxiiii.
Orestes .iii.
Archelaus .iiii.
Amintas .i.
Pausanias .i.
Amyntas .vi.
Argeus .ii.
Amyntas .xviii.
Alexander .i.
Ptolomeus .iii.
Perdica .vi.
Philippus .xxvi.
Alexander (magnus) xii. annis vi. mensibus
Philippus aride (macedonie) vii.
Cassander (filius) xix.
Antigoni et alexandri (filii cassandri) iiii.
Demetrius vi.
Pirrus mensibus vi.
Lysimachus v.
Ptolomeus ceraunus. i.
Meleagros mensibus ii.
Antipater dies xlv.
Sosthenes annis ii.
Antigonus. xxxvi.
Demetrius .x.
Antigonus xv.
Philippus xlii.
Perseus .x.

Post hec finitum est regnum macedonum. Romani enim in effecto perseo macedonas. illirios. et galathas liberos esse iusserunt.

Successores alexandri orbem universum qui macedonum viribus subactum erat inter se partiti sunt. sed post ea bellorum sorte effugerent ad paucos potestas collecta est. Prima partitio talis fuit.

Lidorum

Ardis filius aliatti xxxvi.
Aliates .xiiii.
Meles .xii.
Candaules .xvii.
Giges .xxxvi.
Ardis .xxxvii.
Sadiattes .xv.
Aliattes .xlix.
Cresus .xv.

Regnum latii

Regnum latinorum sub iano ut dicunt primo rege exorsum ab anno lxxvii. aoth iudicis israel. usque in annum viii. darii regis quod est lxx. post transmigrationem babilonis. x. post reversionem babilonis. iiii. post instaurationem templi cucurrit per annos dcccclxxix. et reges latinos sex. albanos. xiiii. romanos. vii. usque ad tarquinium superbum sic subiecta docent.

Latinorum.

Ianus Isti regnabant
Saturnus per annos
Picus cl.
Faunus
Latinus
Eneas .iii.

Albani

Ascanius. xxxviii.
Silvius (postumus) enee filius. xxix.
Silvius eneas. xxxi.
Silvius latinus. l.
Silvius alba. xxxix.
Silvius egiptus. xxiiii.
Silvius capis. xxviii.
Silvius carpentus. xiii.
Silvius tiberinus. viii.
Silvius agrippa. xl.
Silvius aremulus. xix.
Silvius aventinus. xxxvii.
Silvius procas. xxiii
Silvius amulius. xliiii

Monarchia asie
Antigonus.
Demetrius poliorcetes. annis xvii. post hunc demetrius. seleuco se tradidit. et regnavit seleucus asie et syrie.

maria

ISI

Tercio decimo anno post mortem magni alexandri seleucus sirie regnare cepit. asie autem xl. cuius successores regnum usque ad philippum tenuerunt per reges xvii. et annos ccxx. Hic siria in dicione romanorum venit. Antiochus enim in parthos fugiens pompeio se tradidit. per quem philippus captus est a gabinio.	Reges parthorum	Romani	
	Phrahates	Romulus	xxxviii.
	Artabanus	Numa pompilius.	xli.
	Mitridates	Tullius hostilius	xxxii.
	Orodes	Ancus martius	xxxiii.
Reges babilonie	Pachorus	Tarquinius priscus	xxxvii.
Merodach baladan.	Mitridates	Servius	xxxiiii.
Nabuchodonosor.	Pharnaces	Tarquinius superbus.	xxxv.
Nabuchodonosor.	Hic est pharnaces filius mitridatis qui in bello pharsalico pompeio auxilium tulit. et postea a cesare victus est.	Post hec expulsis ab urbe regibus	
Evilmerodach	Reges numidie	consules rem publicam	
Regesar	Gala.	tractabant usque ad iulium	
Labosardach.	Masinissa	cesarem. hic est usque ad annum	
Balthasar.	Micipsa	xx. hircani regis et sacerdotis	
Isti sunt reges caldeorum. qui quamvis gesta insignia. tamen in numero regum illustrium non computantur.	Atherbal. Hiemsal.	iudeorum filii alexandri per	
	Iugurta.	annos. cccc. lxii.	
Isti sunt succes[sores]	Sorores alexandri	consules et tempora	eorum
Ptolomeus accepit	Egiptum. affricam. arabiam.	Brutus post expulsos reges	primus consul anno primo.
Laomedon mitilenus	Siriam	Decem viri constituti	anno .lx.
Filotas	Ciliciam	Camillus consul	anno .cxxxvi.
Filo	Illirios	Quintus dictator	anno. cxlviii.
Atropatus	Mediam maiorem	Papirius consul	anno. clxxxi.
Sother perdicce	Mediam minorem	Manlius et regulus	anno. ccxliii.
Scynus	Susianam gentem	Publius cornelius scipio	anno. ccxcii.
Antigonus philippi	Frigiam maiorem.	Fabius maximus dictator	anno. ccxcviii.
Nearchus	Liciam et pamphiliam	Lucius emilius paulus et publius terentius varro.	anno. ccxcix.
Cassander	Cariam	Levinus et marcellus	anno. ccc.iiii.
Menander	Lidiam	Claudius nero et marcus livius salinator	anno. ccc.v.
Leonnatus	Frigiam minorem	P. Scipio affricanus	anno. cccxi.
Lysimachus	Traciam et pontum	P. Scipio affricanus iunior	anno. ccclxiiii.
Eumenes	Capadociam et paflagoniam	P. Scipio nasica	anno. cccxci.
Seleucus antiochi	Summam castrorum	Postumius et metellus	anno. cccxciii.
Cassander antipatri	Stipatorem et satellitem regis	Marius et gneius mallius	anno. ccccl.
Taxiles	Seres inter hidaspen et indum	Silla	anno. ccccxxii.
Phiton agenoris	Colonias in indis conditas	Marcus tullius cicero	anno. ccccxlix.
Oxiarches	Paropamenos in fine caucasi	Pompeius et crassus	anno. cccclvii.
Sibyrtes	Arachusios et chedrosios	Cesar solus imperat.	anno. cccclxii.
Stasanor	Dranceos et areos	Antonius lepidus augustus.	anno. cccclxxi.
Amyntas	Atrianos	Augustus cesar.	anno. cccclxxxvi.
Sycheusita	Sogdianos		
